DE SCHOLIIS HOMERICIS AD REM METRICAM PERTINENTIBUS.

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE

ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

GEORGIUS RAUSCHER

ALSATA.

ARGENTORATI

APUD CAROLUM I. TRUEBNER.

MDCCCLXXXVI.

Aulae Vimariensis officina typographica.

Postquam scriptorum de re metrica Graecorum libri ex bibliothecarum latebris conquisiti et maximam partem publici iuris facti sunt, operae pretium esse videtur accurate omnia illa conquirere metricae doctrinae fragmenta, quae in vastis scholiorum ad poetas Graecos adscriptorum corporibus delitescunt. Atque cum grammaticorum Graecorum opera ab Homericorum carminum interpretatione et emendatione initium ceperit et uberrimi salubris doctrinae thesauri in Homericis scholiis insint, inprimis id mihi videtur examinandum esse, quae Homericis scholiis sint interspersae reliquiae doctrinae metricae, quibus grammaticis singulae reliquiae tribuendae esse videantur, quatenus consentiant reliquiae metrici argumenti ab Homeri scholiastis traditae cum eis, qui publici iuris facti sunt, libellis scriptorum de re metrica Graecorum. Hoc, quod ego auctore Guilelmo Studemund praeceptore mihi carissimo in scholiis Homericis impendi, studium, ut expiscarer metrici argumenti fragmenta, magnopere adiutabatur doctissimis illis quaestionibus commentationibusque, quibus hoc potissimum saeculo philologi scholiorum Homericorum fontes aperire et summorum grammaticorum commentarios Homericos restituere conati sunt. Sed quoniam longe plurima scholia Homerica sine auctoris nomine in eis, quibus hodie nobis uti licet, codicibus Homericis tradita sunt, id inprimis appetendum est, ut argumenti et loquendi usus singulorum grammaticorum ratione habita ea fragmenta, quae simillima vel saltem similia sunt, eidem vindicentur auctori. Cum vero ei homines docti, qui scholiorum Homericorum corpora resuendi et singulis auctoribus sua fragmenta reddendi munus susceperunt, plerique ea frustula, quae metrici argumenti sunt, minore cum cura et sollicitudine respexerint, mirum non est, quod mihi contigit, ut aliquot metrici argu-

menti scholia Homerica primus certis attribuere possem auctoribus; nam ubi de re metrica agitur, admodum restricto numero sollemnium artis vocabulorum solent uti singuli auctores et facile plerumque ex hoc sollemni loquendi usu cognoscitur, quae scholia metrica ad eundem redeant auctorem.

Difficilius est ad decernendum, quae scholia ad rem metricam proprie dictam, quae ad prosodiacam doctrinam pertineant. Collegi igitur ex scholiorum in Iliadem et in Odysseam conditorum corporibus non tantum ea, in quibus metricae quaestiones tanguntur, sed etiam omnia ea, in quibus aliquo modo de rebus prosodiacis agitur. Haec autem, quae posteriore loco commemoravi, tam arte magnam partem cohaerent cum quaestionibus de verborum accentibus, ut saepissime prosodiacae doctrinae mentio in scholiis ideo tantum fiat, ut, cur hic vel ille accentus vocabulo alicui impositus sit, appareat, neque quidquam cum re metrica commune habent eiusmodi scholia. Itaque, ne nimis absona cum scholiis ad rem metricam pertinentibus in hac commentatione consociarem, delectus mihi faciendus erat ex eis, quas congesseram, copiis. Continui igitur operam meam intra ea scholia, in quibus disertis verbis *τοῦ μέτρου* vel certi alicuius versuum generis vel pedum metricorum similiumve rerum mentio fit, et ea scholia, in quibus res metrica proprie dicta non tangitur quidem, tamen eiusmodi res prosodiacae tractantur, quae a re metrica aut omnino non divelli possunt aut difficulter.

Omisi in hoc libello Eustathii commentarios Homericos; hi enim peculiari indigent disquisitione. Excerpsi autem, quantum fieri poterat, diligentissime Homericorum scholiorum corpora ab Immanuele Bekker et a Guilelmo Dindorf curata. Ea, quae Ernestus Maass nuperrime de scholiis Homericis scripsit, nondum inspicere potui. Praeterea in censum vocavi Curtii Wachsmuth libellum de Cratete Mallota (Lipsiae 1860); Aristarchi et Didymi fragmenta secundum librum Arthuri Ludwich ‘Aristarchs Homerische Textkritik nach den Fragmenten des Didy-

mos' (2 voll. Lipsiae 1884—1885); Didymi Chalcenteri fragmenta, ed. Mauricius Schmidt (Lipsiae 1854); Dionysii Thracis Artem grammaticam ed. Gustavus Uhlig (Lipsiae 1883); H. Planeri libellum de Tyrannione grammatico (Berolini 1852); Tryphonis grammatici Alexandrini fragmenta, collegit et disposuit A. von Velsen (Berolini 1853); Aristonici *περὶ σημείων Ἰλιάδος* reliquias, ed. Ludovicus Friedlaender (Gottingae 1853); Aristonici *περὶ σημείων Ὀδυσσείας* reliquias, ed. Otto Carnuth (Lipsiae 1869); Nicanoris *περὶ Ἰλιακῆς στιγμῆς* reliquias, ed. Ludovicus Friedlaender (Regimontii 1850); Nicanoris *περὶ Ὀδυσσειακῆς στιγμῆς* reliquias, ed. Otto Carnuth (Berolini 1875); Herodiani technici reliquias, collegit disposuit emendavit explicavit Augustus Lentz (2 voll. Lipsiae 1867—1870).

His igitur adiumentis usus scholia Homerica metrici argumenti in duos digessi libros, quorum priore continentur omnia ea scholia, quae aut confidenter aut probabiliter certo alicui scriptori antiquo vindicari posse videbantur; posteriore ea, quae anonymis invitus grammaticis assignavi.

Ex eis grammaticis, quorum nomina scholiis metrici argumenti praescribere licet, maximam fragmentorum metricorum messem suppeditavit mihi Aristonicus, Augusti aequalis, proximum locum tenet Nicanor, Hadriani aetatis grammaticus, ceteri longiore ab his distant spatio, si non tam numerum fragmentorum metrici argumenti respexeris quam pretium; sane plurimorum, veluti Herodiani, scholia metri quidem mentionem faciunt, sed tamquam secundario loco, ut scilicet res grammatici argumenti decidantur metri aliqua ratione habita. Recepi autem in collectionem meam omnia fragmenta, in quibus quamvis obiter *διὰ τὸ μέτρον* vel similis aliqua locutio legitur.

LIBER PRIOR.

Caput I.

DE CRATETE MALLOTA.

Cratetem Mallotam Pergamenorum grammaticorum principem ac signiferum, Aristarchi aequalem, non plus sexagies ter in scholiis Homericis excitari constat, quorum locorum plurimi ideo in memoriam revocantur, quia Aristarchei Cratetis opinationes impugnabant. Ex Cratetis diorthosi Iliadis et Odysseae hoc unum tantum profluxit scholion ad rem metricam pertinens, quod Wachsmuthius in eam, quam curavit, fragmentorum collectionem recepit:

ι 60 *ἓξ δ' ἀφ' ἑκάστης ⟨νηὸς ἐυκνήμιδες ἑταῖροι⟩ πολλοὶ κατηγόρουν τοῦ ἀπιθάνου, ὧν εἷς ἐστι καὶ Ζωίλος. ἄτοπον γὰρ ἡγοῦνται μήτε πλέονας μήτε ἐλάττους ἀνῃρῆσθαι ἀφ' ἑκάστης νηός, ἀλλ' ἴσους ὡς ἀπὸ τοῦ ἐπιτάγματος. χρὴ δὲ τὰ πλάσματα πιθανὰ εἶναι. λύει δὲ ὁ Κράτης οὕτως. βούλεται Ὅμηρος ἑβδομήκοντα δύο ἀπολωλότας σημᾶναι. πεζὸν μὲν τὸ φάναι „ἀπώλοντο οἱ ἑβδομήκοντα δύο" καὶ σχεδὸν ἀδύνατον εἰπεῖν εἶναι ποιητικὸν διὰ τὸ μέτρον. δώδεκα γὰρ νεῶν οὐσῶν καὶ ἀπολομένων ἑβδομήκοντα δύο, εἴτε ἐκ μιᾶς νεὼς ἁπάντων εἴτε ἐκ πλειόνων, μηκέτι εἶναι τὸν ἀριθμὸν τῶν στρατιωτῶν πλήρη ἐν ἑκάστῳ πλοίῳ. ὅτε γὰρ ἔμελλον ἀποπλεῖν, τότε ἐξ ὀνόματος καλῶν πάντας καὶ εὑρὼν τοὺς λείποντας ἀναγκαίως ἐμέρισεν εἰς τὰς ναῦς ἐξ ἴσης. ἐνέλιπον δὲ ἓξ εἰς ἑκάστην ναῦν ἐρέται.* H. Q. = Wachsmuth p. 49.

Brevius est scholion codicis B: *οβ' ἀπολωλότας βουλὴ τῷ Ὁμήρῳ σημᾶναι. πεζὸν οὖν τὸ φάναι „ἀπώλοντο οἱ οβ'" καὶ σχεδὸν ἀδύνατον εἰπεῖν ποιητικῶς διὰ τὸ μέτρον.*

Cum quo fragmento nescio an consociandum sit hoc, quod sequitur, quamquam dubito an potius Aristonico tribuendum sit:

Z 236 ⟨χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι⟩ ἐννεαβοίων· ἐννέα βοῶν· κεκώλυται δὲ ὑπὸ τοῦ μέτρου εἰπεῖν δεκαβοίων. A. D. L.

Fortasse huc spectant etiam ea, quae p. 56 § 2 composui, scholia.

Caput II.

DE ARISTARCHO ET DIDYMO.

Aristarchum et Didymum fere invitus coniunctos tractavi, quoniam hic, quamvis plus centum annis post Aristarchum floruerit, in libro *περὶ τῆς Ἀρισταρχείου διορθώσεως* accuratissime solet Aristarchi vestigia sequi eiusque verba servare. Usus autem est Didymus codicibus duarum, quas Aristarchus curaverat, editionum Homeri necnon eiusdem *συγγράμμασιν* et *ὑπομνήμασιν*, praeterea non paucis aliorum criticorum libris et adversariorum Aristarchi et defensorum (conf. Ludwich l. c. I p. 38 sqq.). Ex Aristarchi adversariis Didymus respexit potissimum Callistrati opus *περὶ Ἰλιάδος* et *διορθωτικά*, nec dissimile est veri etiam Callistrati opus *περὶ Ὀδυσσείας* a Didymo respectum esse; ex Aristarchi defensoribus discipulisque Didymus Dionysii Thracis potissimum rationem habuit, quem consentaneum est in libro *περὶ ποσοτήτων* multa protulisse, quae ad hanc, quam nos tractamus, materiam pertinent. Praeterea librum *πρὸς Κράτητα* eum scripsisse in schol. ad *A* 464 legimus. His igitur et similibus operibus ita usus est Didymus, ut neque ab adversariorum neque a defensorum Aristarchi partibus staret, sed plerumque utrorumque sententias enumeraret; sicubi certum iudicium addit, et brevissime iudicare solet et ita, ut sententiae suae causas non adferat (conf. Ludwich. l. c. I p. 42).

Si fieri posset, in hoc capite congesta proponerem, quaecunque ad rem metricam spectantia ab Aristarcho originem ducunt. Sed quoniam pleraque Aristarchea a poste-

rioribus grammaticis, veluti ab Herodiano et aliis, ita suis commentariis intexta sunt, ut ipsius Aristarchi doctrina inde separari nullo modo posset, longe maxima pars Aristarcheorum scholiorum ad rem metricam pertinentium in eis commentationis meae capitibus legitur, in quibus posteriorum grammaticorum scholia metrica proposui.

1[a] *α* 177 ⟨*ἄλλοι, ἐπεὶ*⟩ *καὶ κεῖνος* ⟨*ἐπίστροφος ἦν ἀνθρώπων*⟩
ἐκ πλήρους ὁ καί· τῇ γὰρ ἐκεῖνος οὐ χρῆται, εἰ μὴ ἀναγκασθῇ ὑπὸ μέτρου. οὕτως Ἀρίσταρχος. E. H. M. Q. = Ludwich I p. 512.

Confer etiam: 1[b] *O* 94 *οἷος κείνου* ⟨*θυμὸς ὑπερφίαλος καὶ ἀπηνής*⟩
Ἀρίσταρχος κείνου Ἰακῶς. A. = Ludwich I p. 388; Schmidt p. 156.

1[c] *Π* 648 ⟨*ἦ ἤδη*⟩ *καὶ κεῖνον* ⟨*ἐνὶ κρατερῇ ὑσμίνῃ*⟩
ἐκ πλήρους καὶ κεῖνον αἱ Ἀριστάρχου. A. = Ludwich I p. 413; Schmidt p. 160.

1[d] *Γ* 402 ⟨*εἴ τίς τοι*⟩ *καὶ κεῖθι* ⟨*φίλος μερόπων ἀνθρώπων*⟩
Ἀρίσταρχος μετὰ τοῦ ῑ καὶ κεῖθι. A. = Ludwich I p. 240; Schmidt p. 125.

1[e] *M* 348 ⟨*εἰ δέ σφιν*⟩ *καὶ κεῖθι* ⟨*πόνος καὶ νεῖκος ὄρωρεν*⟩
ἐκ πλήρους τὸν σύνδεσμον καὶ κεῖθι. A. = Ludwich I p. 345; Schmidt p. 146.

1[f] *O* 45 ⟨*αὐτάρ τοι*⟩ *καὶ κείνῳ* ⟨*ἐγὼ παραμυθησαίμην*⟩ *καὶ κείνῳ· ἐκ πλήρους Ἀρίσταρχὸς τὸν καί σύνδεσμον.* A. = Ludwich I p. 385.

1[g] *O* 179 ⟨*ἠπείλει*⟩ *καὶ κεῖνος* ⟨*ἐναντίβιον πολεμίξων*⟩
ἐκ πλήρους τὸν σύνδεσμον Ἀρίσταρχος. A.
[*τὸ*] *κἀκεῖνος ἐκ πλήρους* [id est *καὶ κεῖνος*]*· ὃ καὶ ὁ Ζηνόδοτος γράφει.* V. = Ludwich I p. 389.

1[h] *Φ* 62 ⟨*ἦ ἄρ' ὁμῶς*⟩ *καὶ κεῖθεν* ⟨*ἐλεύσεται, ἦ μιν ἐρύξει*⟩

ἐκ πλήρους τὸν καί σύνδεσμον Ἀρίσταρχος. A. Alii κἀκεῖθεν. = Ludwich I p. 459; Schmidt p. 170.

1ⁱ α 260 ⟨ᾤχετο γὰρ⟩ καὶ κεῖσε ⟨θοῆς ἐπὶ νηὸς Ὀδυσσεύς⟩
οὕτως ἐκ πλήρους ὁ καί σύνδεσμος. M. = Ludwich I p. 514.

1ᵏ ο 181 ⟨τῷ κέν τοι⟩ καὶ κεῖθι ⟨θεῷ ὣς εὐχετοῴμην⟩
ἐκ πλήρους ὁ καί σύνδεσμος. H. = Ludwich I p. 612.

1ˡ σ 150 ⟨μνηστῆρας⟩ καὶ κεῖνον, ⟨ἐπεί κε μέλαθρον ὑπέλθῃ⟩
πλήρης ὁ καί. H. = Ludwich I p. 623.[1])

2 Δ 117 ⟨ἀβλῆτα πτερόεντα,⟩ μελαινέων ⟨ἕρμ' ὀδυνάων⟩
οὕτως διὰ τοῦ ε̄ [i. e. μελαινέων] διὰ τὸ μέτρον. A. = Ludwich I p. 243. Ex hoc scholio apparet etiam μελαινάων lectionem circumlatam esse, quae ipsa exstat in Iliadis codicibus CDEGHLMNO et apud Apollon. Soph. p. 2, 26: ἀβλῆτα· ἅπαξ εἴρηται ἡ λέξις·

ἀβλῆτα πτερόεντα μελαινάων ἕρμ' ὀδυνάων,

οὔποτε ἄλλοτε βεβλημένον, καινόν· ἢ πολυβλῆτα οἷον πολλοὺς βεβληκότα.

Nec tamen ad metrum quadrat forma μελαινάων, quoniam vocales $\overline{\alpha\omega}$ non aeque atque $\overline{\varepsilon\omega}$ synizesi contrahi possunt.

3 β 2 ὤρνυτ' ἄρ' ⟨ἐξ εὐνῆφιν Ὀδυσσῆος φίλος υἱός⟩
ὤρνυτο, ὡς τὸ

ὤχθησαν δ' ἀνὰ δῶμα (Α 570).

σπανίως γὰρ [δὲ coni. Ludwich] ὁ ποιητὴς αὔξει τὴν ἄρχουσαν, εἰ μή που διὰ τὸ μέτρον. M. S. = Ludwich I p. 519.

Eodem nescio an pertineant haec duo, quae sequuntur, scholia:

4 Α 36 Ἀπόλλωνι ἄνακτι, ⟨τὸν ἠΰκομος τέκε Λητώ⟩
τὸ $\overline{\text{Α}}$ ἐκτείνει Ἀρίσταρχος διὰ τὸ μέτρον. B.

5 ε 29 Ἑρμεία· ⟨σὺ γὰρ αὖτε τά τ' ἄλλα περ ἄγγελός ἐσσι⟩

---

[1]) Plenius conceptus canon de usu formarum ἐκεῖνος et κεῖνος Homerico legitur in Epimerismis Crameri (Anecd. Oxon. I) p. 249, 7 sqq.; conf. Ribbach „De Aristarchi Samothracis arte grammatica" p. 11.

ἐκτατέον τὸ $\bar{α}$ διὰ τὸ μέτρον, ὁμοίως τῷ ἀπŏπἔσῆσῐν (ω 7). H.

Non tantum Aristarcheam doctrinam continent haec, quae Didymus tradit, fragmenta (6—9):

6[a] *I* 210 ⟨καὶ τὰ μὲν εὖ⟩ μίστυλε ⟨καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειρε⟩ διὰ τοῦ ἑτέρου $\bar{λ}$ τὸ μίστυλλε. L.V. = Ludwich I p. 302.

6[b] *I* 299 ⟨ταῦτά κέ τοι τελέσειε⟩ μεταλήξαντι ⟨χόλοιο⟩ διὰ τοῦ ἑτέρου $\bar{λ}$ τὸ μεταλλήξαντι αἱ Ἀριστάρχου. A. = Ludwich I p. 304; Schmidt p. 137.

6[c] σ 11 ⟨οὐκ ἀίεις ὅτι δή μοι⟩ ἐπιλλίζουσιν ⟨ἅπαντες⟩ ἐπιλλίζουσιν διὰ δύο $\bar{λλ}$. H. = Ludwich I p. 622.

6[d] *M* 26 συνεχές, ⟨ὄφρα κε θᾶσσον ἁλίπλοα τείχεα θείη⟩ Ἀρίσταρχος καὶ Ἀριστοφάνης διὰ τοῦ ἑτέρου $\bar{ν}$. A. = Ludwich I p. 338; Schmidt p. 145.

6[e] *I* 78 ⟨νὺξ δ' ἥδ' ἠὲ⟩ διαραίσει ⟨στρατὸν ἠὲ σαώσει⟩ δι' ἑνὸς $\bar{ρ}$ αἱ Ἀριστάρχου. A. = Ludwich I p. 299; Schmidt p. 135.

6[f] *I* 154 ⟨ἐν δ' ἄνδρες ναίουσι⟩ πολύρηνες ⟨πολυβοῦται⟩ διὰ τοῦ ἑτέρου $\bar{ρ}$ τὸ πολύρρηνες αἱ Ἀριστάρχου. A. = Ludwich I p. 301.

6[g] *E* 203 ⟨ἀνδρῶν εἰλομένων, εἰωθότες ἔδμεναι⟩ ἅδην Ἀρίσταρχος ἅδην, ἄλλοι δὲ ἄδδην διὰ β' $\bar{δδ}$. A. = Ludwich I p. 254.

6[h] *Θ* 423 ⟨ἀλλὰ σύ γ' αἰνοτάτη, κύον⟩ ἀδεές, ⟨εἰ ἐτεόν γε⟩ τὸ... ἀδεές δι' ἑνὸς $\bar{δ}$ ὁ Ἀρίσταρχος. A. = Ludwich I p. 294; Schmidt p. 134.

6[i] *Ψ* 417 ⟨ὣς ἔφαθ', οἱ δὲ ἄνακτος⟩ ὑποδείσαντες ⟨ὁμοκλήν⟩ διὰ τοῦ ἑτέρου $\bar{δ}$ τὸ ὑποδδείσαντες. V. = Ludwich I p. 488; Schmidt p. 175.

Quid Heliodorus metricus de syllaba brevi pro κοινῇ ita posita, ut vocalem brevem sequeretur λ, μ, ν, ρ vel δ, π, σ, τ, docuerit, vide in Choerobosci Exegesi in Hephaestionis Enchiridion p. 53 (ed. Hoerschelmann adsumpto operis socio Guilelmo Studemund in Anecdotorum Variorum volumine I, 1886).

7 Θ 378 ⟨γηθήσει⟩ προφανέντε ⟨ἀνὰ πτολέμοιο γεφύρας⟩ Ἀρίσταρχος[1]) προφανέντε ὡς

πληγέντε κεραυνῷ (Θ 455)

δυϊκῶς· ὁ δὲ Ζηνόδοτος

γηθήσει προφανεῖσᾰς ἰδὼν ἐς δοῦπον ἀκόντων,

συστέλλων τὴν τελευταίαν, παροξυτόνως προφερόμενος μετ' ἐκτάσεως τοῦ ᾱ. ἔστι δὲ ἄκρατον Δώριον[, ὡς τὸ

λαγέτας υἱούς (Pind. Ol. I 89).V]

σπάνιον δὲ τὸ τοιοῦτο παρὰ τῷ ποιητῇ. A. = Ludwich I p. 291 sq., II p. 127; Schmidt p. 134.

Si Aristarchi lectionem (προφανέντε ἀνὰ) sequimur, hiatus in caesura κατὰ τρίτον τροχαῖον inter προφανέντε et ἀνά statuendus est; sin Zenodoti lectionem (προφανεῖσας), syllaba longa $\overline{\alpha\varsigma}$ vi corripitur. Zenodoti lectionem προφανεῖσας Didymus probavit, sed dorice syllabam $\overline{\alpha\varsigma}$ correptam censet et (teste scholio codicis V) exemplo ex Pindaro deprompto hanc correptionem illustrat.

Denique aliquo modo ad rem metricam haec quoque, quae ultimo loco pono, scholia pertinent:

8 ϑ 251 παίσατε, ⟨ὥς χ' ὁ ξεῖνος ἐνίσπῃ οἷσι φίλοισιν⟩ Ζηνόδοτος παίσατον εἶπεν, οὐ κακῶς. H.Q. = Ludwich I p. 570; Schmidt p. 198, ubi secundum Schmidtium aut οὐ delendum aut pro κακῶς non secus atque ψ 310 καλῶς scribendum est. Codex Q aliud scholii fragmentum ad ϑ 251 servavit: ἐντελῶς διὰ τὸ μέτρον. Didymum fere haec scripsisse suspicor:

παίσατε· ⟨οὕτως Ἀρίσταρχος⟩ ἐντελῶς διὰ τὸ μέτρον, ὁ ⟨δὲ⟩ Ζηνόδοτος παίσατον, οὐ καλῶς,

quo scholio exprimitur Didymum Zenodoti lectioni παίσατον Aristarcheam παίσατε, quae ἐντελῶς, i. e. cum ε̄ finali pronuntiato vocabulo παίσατε, ante sequens ὥς hiatum efficit, praetulisse.

---

[1]) προφανεῖσα (-εῖσα B) δὲ γράφει Ἀρίσταρχος δυϊκῶς· ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς προφανεῖσας (-εῖσας L) βούλεται, συστέλλων Δωρικῶς τὸ ᾱ, ᾧ καὶ πειθόμεθα. B. L.

9 ι 283 νέα μέν μοι ⟨κατέαξε Ποσειδάων ἐνοσίχθων⟩ νέα μέν μοι· οὕτως Ἀρίσταρχος. H. = Ludwich I p. 575; Schmidt p. 199.

10 Π 445 αἴ κε ζὸν ⟨πέμψῃς Σαρπηδόνα ὅνδε δόμονδε⟩ οὕτως Ἀρίσταρχος μονοσυλλάβως ζών, ἄλλοι δὲ ζωόν. A. = Ludwich I p. 408.

Caput III.

DE DIONYSIO THRACE.

Ex eis quos Dionysius Thrax, Aristarchi discipulus, qui Rhodi docuit sub finem saeculi a. Chr. n. secundi, conscripsit libris praeter Artem grammaticam, quae quidem hodie sola servata est, duo potissimum olim claros fuisse scimus, *περὶ ποσοτήτων* (conf. schol. A ad *B* 111) et *πρὸς Κράτητα*. Ex his duobus libris deperditis quae hodie felici casu servata sunt scholia pleraque ad rem prosodiacam pertinent, unum (ab Aristonico servatum) ad rem metricam, idque legitur ad *X* 379:

ἐπειδὴ ⟨τόνδ᾽ ἄνδρα θεοὶ δαμάσασθαι ἔδωκαν⟩

ὁ . . . Διονύσιος διστάζει μὴ πρὸς τὴν ἀπόλειψιν τοῦ χρόνου· παρασκευάζει γὰρ τὸ „ἐπειδὴ νῆάς γε καὶ Ἑλλήσποντον ἵκοντο" (*Ψ* 2) *καὶ „ἐπίτονος βέβλητο"* (*μ* 423)*· τὰ γὰρ τοιαῦτα ἐσημειοῦντο πρὸς κρίσιν ποιημάτων, ὅτι σπανίως Ὅμηρος κακομέτρους ποιεῖ*. A, quamquam ultimam huius scholii partem ab Aristonico verisimilius est profectam esse quam a Dionysio Thrace. De *κακομέτρους* vocabuli usu conf. infra p. 20 sqq.

Reliqua Dionysii Thracis fragmenta, quae inspersa sunt Homericis scholiis, conquirere operae pretium est; nam ea, quam Beccardus (De scholiis in Homeri Iliadem Venetis A) p. 59 adn. 59 instituit, collectio scholiorum, in quibus Dionysius Thrax addito nomine laudatur, parum accurate confecta est.

Caput IV.
DE PTOLEMAEO ASCALONITA.

Ptolemaeus Ascalonita, qui primum in schola Aristarcheorum eruditus esse, deinde socius fuisse videtur scholae Crateteae (vide Beccard. p. 71), praeter alios composuit duo libros *Ἰλιακαὶ προσῳδίαι* et *Ὀδυσσειακαὶ προσῳδίαι*, quibus Herodianus maxime usus est; hic enim in scholiis, quae etiam nunc circumferuntur, testibus Beccardo (p. 72) et La Rochio ('Die Homerische Textkritik im Alterthum' p. 72 adn. 127) Ptolemaeum centies quinquagies citavit. Ceterum auctoritas Ptolemaei grammatici tanta erat apud Herodianum,[1] ut, quotienscumque Aristarchus et Ptolemaeus inter se dissentirent, hunc sequeretur Herodianus. Pleraque ex Ptolemaei scriptis fragmenta pertinent ad prosodiam; ad rem metricam referenda sunt haec scholia:

1 *E* 500 ⟨*ἀνδρῶν λικμώντων,*⟩ *ὅτε τε* ⟨*ξανθὴ Δημήτηρ*⟩ *Πτολεμαῖος τοὺς δωδεκασυλλάβους στίχους ἐκτιθείς φησι καὶ τοῦτον οὕτω γράφεσθαι „εὖτ᾽ ἂν ξανθὴ Δημήτηρ."* L.V. Hoc scholion, quod ad hexametri schemata pertinet, e libro Ptolemaei *περὶ μέτρων* desumptum esse opinor, siquidem Suidae fides habenda est Ptolemaeum librum *περὶ μέτρων* composuisse referenti.

2 *λ* 597 ⟨*ἄκρον ὑπερβαλέειν, τότ᾽ ἀποστρέψασκε*⟩ *κραταί᾽ ἴς*
ὁ . . . Ἀσκαλωνίτης τὸ πλῆρες κραταιὰ ἴς, οἷον ἰσχυρὰ δύναμις. B. H. Q.

Caput V.
DE TYRANNIONE.

Tyrannionis librum *περὶ τῆς Ὁμηρικῆς προσῳδίας* Suidas non secus atque cetera, quae sub Tyrannionis

---

[1]) Ptolemaei doctrinae reliquiae pleraeque omnes apud Herodianum leguntur; itaque Ptolemaei reliquiae ad rem metricam pertinentes repetitae a me sunt infra in eo capite, quo Herodiani scholia ad rem metricam spectantia comprehendi.

grammatici nomine circumferebantur, scripta Tyrannioni minori tribuit, qui belli ab Antonio contra Octavianum gesti aequalis fuit; attamen Hermannus Planer (p. 8) librum *περὶ τῆς Ὁμηρικῆς προσῳδίας* (de vocabuli *προσῳδία* significatione vide La Roche p. 117 sqq.) et *διόρθωσιν Ὁμηρικήν* probabilius Tyrannioni maiori, Pompei Magni aequali, adscripsit. Tyrannio autem, cum Romae viveret, ubi Pergamena doctrina maxima fruebatur auctoritate, non tantum Aristarchi, analogiae signiferi, sententiam in libro de Homerica prosodia expressit, sed ab Aristarchea doctrina, quam in universum quidem sequitur, non raro ita dissensit, ut anomaliam profiteretur.[1]) In Herodiani, qui Tyrannionem septuagies semel in eis, quae hodie exstant, scriptis excitat, libris fragmentorum plurima, ut par est, leguntur. Sunt autem Tyrannionis fragmenta illa, quae ad rem metricam aliquo modo pertinent, pleraque argumenti orthoepici.

1 *K* 292 *⟨σοὶ δ᾽ αὖ ἐγὼ ῥέξω βοῦν⟩ ἦνῑν ⟨εὐρυμέτωπον⟩ (Πτολεμαῖος ὁ τοῦ Ὀροάνδου ἀνέγνω ἦνιν ὡς μῆνιν· καὶ τοῦτο ὀφείλει εἶναι τὸ ἀνάλογον.) Τυραννίων δὲ ὀξύνει τὴν πρώτην· καὶ δῆλον ὅτι δώσει καὶ τὴν ἐπὶ τέλους ἐκτείνεσθαι· ὀξεῖα γὰρ μετὰ μακρᾶς βραχείας ἐπιφερομένης οὐ πίπτει κατὰ τὸ κοινὸν ἔθος, ὑπεσταλμένων τῶν σεσημειωμένων, λέγω δὲ τοῦ εἴθε αἴθε ναίχι, περὶ ὧν καὶ λόγον δεδώκαμεν. τάχα οὖν καὶ τὸ ηνιν ἐκτείνει ὁ Τυραννίων διὰ τὸ μέτρον, οὐχὶ διὰ τὸ πληθυντικὸν „ἤνις ἠκέστας"* (*Z* 94)· *καὶ γὰρ πόλῑς λέγουσι καὶ πόλῐν καὶ μάντῑς καὶ μάντῐν.* A. = Planer p. 15. 16.

2 *Π* 542 *⟨ὃς Λυκίην⟩ εἰρῦτο ⟨δίκῃσί τε καὶ σθένεϊ ᾧ⟩ (Ἀρίσταρχος τρίτην ἀπὸ τέλους τὴν ὀξεῖαν ποιεῖ, ὑγιῶς πάνυ.) ὁ δὲ Τυραννίων προπερισπᾷ, ἐκ τοῦ εἰρύετο φάσκων αὐτὸ συνηλεῖφθαι. (δύναται δὲ τὸ ειρυτο κλιθὲν ἀπὸ τῶν εἰς μι ὁμοίως τῷ ἐζεύγνυτο ἤνυτο „θοῶς δέ οἱ ἤνυτο ἔργον"* (*ε* 243) *ἐκτετάσθαι. οὕτως ἀξιοῦμεν καὶ ἐπὶ τοῦ εἴλυτο* (*Π* 640) *καὶ εἴρυτο.)* A. = Planer p. 23.

[1]) Aliter Planer p. 9.

Eodem num pertineat hoc, quod sequitur, scholion, dubito:

3 *Δ* 228 ⟨*Εὐρυμέδων, υἱὸς Πτολεμαίου*⟩ *Πειραίδαο·* (... *ἐν τέσσαρσι συλλαβαῖς προφέρεται τὴν εὐθεῖαν τοῦ πατρωνυμικοῦ, καὶ οἱ ἄλλοι.*) *Τυραννίων δὲ τρισυλλάβως, λέγων ὡς ὅτι οὐδὲν πατρωνυμικὸν παρὰ τῷ ποιητῇ ἔχει πρὸ τέλους διεσταλμένον τὸ ῑ ἀπὸ ἑτέρου φωνήεντος, οἷον Πανθοίδης, Βοηθοίδης, Πηλείδης·* (*οὐδ' ἄρα τοῦτο. ὑπὲρ δὲ τοῦ τετρασυλλάβως ἀναγινώσκειν ἔχομεν ἐκεῖνο λέγειν, ὡς ὅτι ἐντελές ἐστι τὸ κατὰ διάλυσιν τοῦ ῑ, καὶ ὅτι οὐκ ἔχομεν τοιοῦτό τι πατρωνυμικόν, ὃ κατὰ σύλληψιν ἐξηνέχθη τοῦ ᾱ καὶ τοῦ ῑ πρὸ τέλους. παρὰ τὸ Πείραιος οὖν Πειραΐδης ἐγένετο.*) A. = Planer p. 13.

Caput VI.
DE NICIA.

De Nicia, qui Ciceronis temporibus videtur floruisse, accuratius disputari non potest, etsi vicies bis in Iliadis atque semel in Odysseae scholiis nominatim affertur (conf. La Roche H. T. p. 109). Neque ullius libri inscriptio servata est. De prosodia eum scripsisse testes sunt scholia servata; de re metrica est hoc:

E 203 ⟨*ἀνδρῶν εἰλομένων, εἰωθότες ἔδμεναι*⟩ *ἄδδην Νικίας διὰ δύο δ̄ γράφει διὰ τὸ μέτρον, ὁμοίως τῷ „κύον ἀδδεές"* (*Φ* 481), *καὶ ψιλοῖ.* A.

Caput VII.
DE SELEUCO HOMERICO.

Seleucus, qui ideo vocabatur Homericus, quia summa cum industria in explicandis rebus Homericis grammaticis, criticis, exegeticis versabatur, Augusti et Tiberii temporibus et ante Didymum, a quo multis locis (ad *Α* 340, 381, *Π* 272 etc.) citatur, Romae docuit. Cuius libris de interpunctionis ratione conscriptis diligenter usus est Nicanor. Atque ex multis, quos composuit Seleucus, libris (de Seleucorum studiis egit

Mauricius Schmidt in Philologi Gottingensis vol. III [1848] p. 457 sqq.) is, qui nomine *ἐξηγητικὰ εἰς πάντα ὡς εἰπεῖν ποιητήν* nihil nisi Homerica carmina tractat, eam, de qua nostra commentatione agitur, materiam tangit. Atque etiam rem metricam tetigit, ex quo libro deperdito unius huius superest scholii memoria:

Ω 476 ἔσθων ⟨καὶ πίνων· ἔτι καὶ παρέκειτο τράπεζα⟩ τὸ ἐσθίων οὐχ ὑποπίπτει μέτρῳ ἡρωϊκῷ. φησὶ δὲ καὶ „ἔσθειν καὶ πίνειν" (ε 197)· *„ἔσθοντες κρέα πολλά"* (Θ 231). *εἰ δὲ ἐντελεῖς οἱ στίχοι, καὶ ἄλλοι· „τίπτε Θέτι τανύπεπλε ἱκάνεις ἡμέτερον δῶ"* (Σ 385)· *„οὐδέ κεν ἀμβαίη βροτὸς ἀνήρ, οὐ καταβαίη"* (μ 77)· *„ἡ δὲ τετάρτη ὕδωρ ἐφόρει"* (κ 358)· *„τῷ δ' ἄρα πέμπτῳ πέμπ' ἀπὸ νήσου"* (ε 263)· *„ἵππους δὲ ξανθὰς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα"*[1]) (Λ 680)· *„ἔνθα μὲν οὔτε βοῶν"* (κ 98). *οὗτοι γὰρ πάντες, ὡς Σέλευκος, ἔμμετρον λαλιὰν ἔχουσιν.* A.

Caput VIII.
DE TRYPHONE.

Nuper Carolus Albertus Bapp in 'Leipziger Studien zur classischen Philologie' vol. VIII (a. 1885) p. 107 sqq. demonstravit Suidae fidem habendam esse, qui s. v. ***Τρύφων*** adnotat Augusti temporibus Tryphonem floruisse et paullo post Didymum scripsisse. Ex Tryphonis scriptis ad Homeri poesin pertinentibus cum Suidas unum nominet *περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ διαλέκτων*, Herodiano praeterea nota erant haec: *περὶ προσῳδίας Ἀττικῆς* et *περὶ τῆς ἀρχαίας ἀναγνώσεως* (conf. schol. A ad Γ 122, Ε 299; Eustath. 391, 43; 556, 39). De reliquis Tryphonis scriptis vide Velsenium.

Tryphonem ab Aristarchi partibus stetisse eo docemur consensu, qui Tryphonis doctrina cum Dionysii Thracis comparata efficitur. Tryphonis fragmenta, quamquam multa

[1]) Hic versus (Λ 680) dicitur *λογοειδής* sive *πεζότερος τῇ συνθέσει* a Pseudo-Herodiano (ed. Studemund Anecd. Var. I p. 187; conf. etiam similes Pseudo-Herodiano tractatus, quos enumerat Studemundus l. c. p. 186).

ab Herodiano citantur, tamen minora sunt quam ut ex eis accuratam imaginem eius doctrinae recuperare possis. Ad rem metricam non plus duobus fragmentis pertinent:

1 Ξ 229 ἐξ Ἀθόω ⟨δ' ἐπὶ πόντον ἐβήσετο κυμαίνοντα⟩

ἡ ἐπέκτασις ποιητική. ... προπαροξύνεται (conf. Et. M. et Eustath. p. 980, 49) δέ· πλεονασμὸς γάρ ἐστι τοῦ ο̄. B. L. V. Hoc scholion Lentzius (praef. p. LXXXI) Herodiano abiudicat 'propter conformationem adnotamenti aut propter sermonem aut propter originis vel rei ambiguitatem.' Atque eodem de verbo Ἀθόω in Et. M. 347, 9 haec fere leguntur emendata a Lentzio II p. 234:

ἐξ Ἀθόω· „ἐξ Ἀθόω δ' ἐπὶ πόντον ἐβήσετο" .... πλανώμενοί τινες [i. e. Tryphon] ἀναγινώσκουσιν ἐξ Ἄθοω· οὐ γὰρ δύναται τρίτη ἀπὸ τοῦ ω̄ πίπτειν ἡ ὀξεῖα· οὐ γὰρ ἔχει πρὸ τοῦ ω̄ τὸ ε̄ ὡς τὸ πόλεων. ἀμφίβολον. εἰ ⟨μὲν⟩ γὰρ παρὰ τὸ Ἄθως Ἄθω, ἐστὶ πλεονασμὸς τοῦ ο̄· εἰ δὲ εἴρηται Ἀθόως Ἀθόω, οὐκ ἔτι πλεονάζει. Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν.

Itaque videtur Herodianus duas stirpes Ἀθω et Ἀθοω statuisse, quarum si alteram praeferas, pleonasmum ad genetivi Ἀθόω formam ab hac stirpe derivandam agnoscere cogeris. Harum duarum sententiarum priorem videtur mihi defendisse Tryphon, siquidem recte huc refertur Tryphonis fragmentum ad Γ 122 servatum (vide etiam Eustath. in Il. p. 391, 43): *Βαρύνειν δεῖ τὸ γαλόῳ· τὰ γὰρ εις ως θηλυκὰ ὑπὲρ μίαν συλλαβήν, βραχείᾳ παραληγόμενα, βαρύνεται, ἅλως, Κέως, ἕως· οὕτω ⟨καὶ⟩ γάλως. τοῦτο δὲ ἀξιοῖ καὶ Τρύφων ἐν τῷ α' περὶ ἀρχαίας ἀναγνώσεως*, ad quae Velsenius Eustathio collato haec addidit: *τοῦ δὲ γάλως ἡ δοτικὴ γάλῳ καὶ πλεονασμῷ τοῦ ο̄ γαλόῳ* [scrib. γάλοῳ], *οἷον „εἰδομένη γαλόῳ, Ἀντηνορίδαο δάμαρτι"* (Γ 122). *τοιοῦτόν τι ἔπαθε καὶ ἡ τοῦ Ἄθω γενική ἐν τῷ „ἐξ Ἀθόω* [scrib. Ἄθοω] *δ' ἐπὶ πόντον ἐδύσετο".* = Velsen p. 63.

2 Ε 10 ἱρεὺς ⟨Ἡφαίστοιο· δύω δέ οἱ υἱέες ἤστην⟩

ἀπὸ τοῦ ἱερεὺς συνήλειπται ὡς πόλιες πόλῑς. ψιλοῦται δέ, ἐπεὶ τὸ ῑ μακρὸν ψιλοῦται μὴ ὂν ἐκ κλίσεως μηδὲ διὰ χρείαν ἐκτεινόμενον. B.

Num hoc scholion pneumatologici argumenti ipsi Tryphoni tribuendum sit dubito, attamen Tryphonianam quodammodo doctrinam nescio an redolere videatur collatis his Tryphonis fragmentis:

Et. G. p. 278, 28: λέγει ὁ Τρύφων, ὅτι ἡμάρτηται τὸ ἵμερος καὶ ἵλαος καὶ ἱμονία, ὅτι μακρὸν ἔχοντα τὸ ῑ δασύνεται· καὶ γὰρ πᾶν ὄνομα ἀπὸ μακρᾶς ἀρχόμενον ψιλοῦσθαι θέλει· Ἰνώ, Ἰαπετός, ἰχώρ. πλὴν τούτων· ταῦτα γὰρ δασύνεται. = Velsen p. 8.

Eustath. in Il. p. 556, 36: Σημειοῦνται ..., ὅτι ἐν μὲν τῷ „αἰδεῖσθαί θ' ἱερῆα" (*A* 23) καὶ ἐν τῷ „προσέφ(η) ἱερὴ ἲς Τηλεμάχοιο" (*β* 409) συστέλλεται τὸ ῑ τοῦ ἱερόν· ἐν δὲ τῷ „ἱερὸν ἰχθύν" (*Π* 407) ἐκτείνεται, ὡς μέν τινές φασι, καθὰ λέγει καὶ Τρύφων ἐν τοῖς περὶ ἀρχαίας ἀναγνώσεως, διὰ τὸ τὸν ποιητὴν ἐκτείνειν πολλὰ ἕνεκεν τοῦ μέτρου, ὡς δὲ οἱ ἀκριβέστεροι λέγουσι, διὰ τὸ φευκτέον εἶναι ἐν δακτυλικῷ μέτρῳ τὸ παράλληλον τῶν τριῶν βραχειῶν. = Velsen p. 68.

Contra Herodianus syllabam ῑ verbi ιρευς ex ιε contractam produci quidem, sed spiritu aspero pronuntiari censet (conf. Lentz I 521, 6 et II 7, 10. 569, 25).

Caput IX.
DE ARISTONICO.

Veri simile est Aristonicum, cum Aristarchi notas criticas (διπλῆ, διπλῆ περιεστιγμένη, ὀβελός, ἀστερίσκος, ἀντίσιγμα, στιγμή) diligenter interpretaretur, longe maximam interpretationis partem ex ipsius Aristarchi commentariis deprompsisse (conf. schol. ad *K* 398, *T* 365 sqq.). Praeterea Aristonicum libris Aristarchi discipulorum, atque in his maxime Dionysii Thracis, usum esse docent scholia ipsa; Didymi opus Aristonicus non novit (conf. Ludwich I p. 51), attamen hoc cum Didymo commune habet, quod utriusque doctrina maximam partem ad Aristarchum eiusque discipulos redit.

Ea, quae in scholiis Homericis ad Aristonicum redeunt, fragmenta ex his duobus, quae conscripserat, operibus hausta sunt: 1) περὶ σημείων Ἰλιάδος, 2) περὶ σημείων Ὀδυσσείας. Illius reliquias ita collegit Friedlaender, ut simul in praefatione de Aristonici doctrina ageret et viam ac rationem demonstraret ad Aristonici fragmenta recuperanda. Nonnulla fragmenta ipse primus eis addere potui, quae Friedlaender et Carnuthus ante me congesserunt.

1[a] Λ 130 Ἀτρείδης· τὼ δ' αὖτ' ἐκ δίφρου γουναζέσθην ⟨ἡ διπλῆ,⟩ ὅτι δυωδεκασύλλαβος ὁ στίχος, καὶ σπανίως χρῆται, ὡς καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ „τὼ δ' ἐν Μεσσήνῃ ξυμβλήτην ἀλλήλοιιν" (φ 15). ἡ δὲ ἀναφορὰ πρὸς ἐπίκρισιν τῆς στιχοποιίας, ὅτι εὐτελεῖς τῇ κατασκευῇ δοκοῦσιν εἶναι οἱ τοιοῦτοι. καὶ ὅτι τὸ γουναζέσθην καταχρηστικῶς ἀντὶ τοῦ ἱκέτευον. A. = Friedlaender p. 190.

1[b] Ψ 221 ψυχὴν κικλήσκων Πατροκλῆος δειλοῖο ⟨ἡ διπλῆ,⟩ ὅτι δωδεκασύλλαβος καὶ ἐκ σπονδείων. A. = Friedlaender p. 329.

1[c] ι 167 καπνόν τ' αὐτῶν τε φθογγὴν οἰῶν τε καὶ αἰγῶν. σπονδεῖος ὅλος ὁ στίχος. E. = Carnuth p. 89. Is haec adnotavit: 'Hoc qui scripsit, τε post οἰῶν omittere debebat.'

1[d] ο 334 σίτου καὶ κρειῶν ἠδ' οἴνου βεβρίθασιν δισυλλάβως [δωδεκασυλλάβως coni. Leopoldus Cohn] μετρητέον καὶ τοῦτον τὸν στίχον. Vind. 133. = Carnuth p. 135.

Praeter hos quattuor, quos attuli, versus spondiacos in Homeri carminibus quattuor leguntur spondiaci (φ 15, χ 175 = 192, Β 544?), ad quos probabile est Aristarchum, siquidem eadem verba, quae hodie in Odysseae codicibus circumferuntur, legit, non secus atque ad eos, quos attuli, versus notam criticam addidisse (conf. Ludwich II p. 314, 8 sqq.). Ceterum conf. de his versibus, qui dodecasyllabi dicebantur, Augustum Nauck in 'Mélanges Gréco-Romains' IV p. 126—129.

2 Μ 381 κεῖτο μέγας παρ' ἔπαλξιν ὑπέρτατος· οὐδέ κέ μιν ῥέα

ἔστι . . . ὁ στίχος ὅλος δακτυλικός. B.

Apparet eum, qui haec adnotavit, et *δισυλλάβως* pronuntiasse vocabulum *ῥέα* et sextum quoque hexametri pedem dactylo effici posse arbitratum esse. Conf. etiam infra (p. 43) Herodiani scholion ad *O* 187.

3 *Ψ* 644 *ἔργων τοιούτων· ἐμὲ δὲ χρὴ γήραϊ λυγρῷ*
ὅτι ὁ στίχος οὗτος καὶ ἑξάμετρος γίνεται καὶ τρίμετρος παρὰ τὴν ἀγωγὴν τῆς προφορᾶς. A.

Conf. praeterea id, quod codex V ad hunc versum praebet, scholion:
ἐπιτέτευκται ὁ στίχος ταῖς κοιναῖς, ὥστ' ἢν θέλωμεν καὶ ἴαμβος ἔσται ὡς τὸ „σμύρνης ἀκράτου καὶ κέρδους νηλέϊ καπνῷ" (conf. Hesiod. fr. 248 ed. Goettling=fr. 228 ed. Kinkel et Scholia Hephaestionea A [Ambrosiana] ed. Studemund Anecd. Var. I p. 127 sq. et A. Nauckium in 'Mélanges Gréco-Romains' IV p. 186 et p. 397). Veneti A scholion ad *Ψ* 644 adscriptum dubitanter ad Aristonicum rettuli, non codicis V scholion. De simili studio eadem verba tamquam hexametrum dactylicum et tamquam trimetrum iambicum intellegendi conf. e. g. Marius Victorinus (VI p. 50, 21 sqq. ed. Keil [et p. 215, 19 sqq.]).

4 *X* 379 *ἐπειδὴ τόνδ' ἄνδρα θεοὶ δαμάσασθαι ἔδωκαν . . .*
381 *εἰ δ' ἄγετ' ἀμφὶ πόλιν σὺν τεύχεσι πειρηθῶμεν.*
ὅτι τὴν αἰτίαν προτέταχεν „ἐπειδὴ τόνδ' ἄνδρα θεοί". ἔδει δὲ οὕτως „εἰ δ' ἄγετ', ἀμφὶ πόλιν σὺν τεύχεσι πειρηθῶμεν, ὄφρα κ' ἔτι γνῶμεν Τρώων νόον, ἤ καταλείψουσι πόλιν ἄκρην τοῦδε πεσόντος, ἠὲ μένειν μεμάασιν, ἐπειδὴ τόνδ' ἄνδρα θεοὶ δαμάσασθαι ἔδωκαν". ὁ δὲ Διονύσιος διστάζει μὴ πρὸς τὴν ἀπόλειψιν τοῦ χρόνου· παρασκευάζει γὰρ τὸ „ἐπειδὴ νῆάς τε καὶ Ἑλλήσποντον ἵκοντο" (*Ψ* 2) *καὶ „ἐπίτονος βέβλητο"* (*μ* 423)*· τὰ γὰρ τοιαῦτα ἐσημειοῦντο πρὸς κρίσιν ποιημάτων, ὅτι σπανίως Ὅμηρος κακομέτρους ποιεῖ.* A. = Friedlaender p. 323 sq. Conf. quae de his duobus versibus (*Ψ* 2 et *μ* 423) adnotavit Studemundus ad Anecd. Var. I p. 214 vers. 8—10.

Ex hac Dionysii [1]) adnotatione, quam ex eius opere

[1]) Dionysium Thracem intellegendum esse demonstrat La Roche H. T. p. 108.

περὶ ποσοτήτων haustam esse non dissimile veri est, apparet non tantum Dionysio, sed etiam Aristonico ignotum fuisse id vocabulum sollemne, quo cum alii de re metrica scriptores tum Pseudo-Herodianus (p. 187 ed. Studemund in Anecd. Var. I) usi sunt ad hexametrum initio uno χρόνῳ πρώτῳ carentem significandum; ἀκέφαλος enim eiusmodi hexameter iam saeculo p. Chr. n. ălterο saepe appellatur a scriptoribus de re metrica Graecis; eorum scriptorum maximam partem enumeravit Studemundus l. c. p. 186.

5ª *B* 658 ⟨ὃν τέκεν Ἀστυόχεια βίῃ⟩ Ἡρακληείῃ

⟨ἡ διπλῆ περιεστιγμένη,⟩ ὅτι Ζηνόδοτος γράφει Ἡρακλείῃ [i. e. Ἡρακλεΐῃ], καὶ ἄμετρον ποιῶν καὶ οὐχ Ὁμηρικὸν τὸ σχῆμα· ἀπὸ γὰρ τοῦ Ἡρακλῆος Ἡρακληείῃ ἐκπίπτει. A. = Friedlaender p. 74. Confer F. B. Leidenroth 'Indicis grammatici ad scholia codicis Veneti A specimen' (Berolini 1884) p. 16: „ἄμετρος, ἀμέτρως Aristonicus adhibet, ubi contra Zenodoti lectiones argumenta ex arte metrica petit: ὅτι Ζηνόδοτος γράφει — ἄμετρον ποιῶν τὸν στίχον *B* 520. 634. 658. *Y* 484, ἀμέτρως γράφει *E* 638, ἀμέτρως ὁ Ζηνόδοτος etc. Σ 222. Hoc scholium Duentzer (Zenod. p. 4), quem sequitur Schmidtius, Didymi esse coniecit; sed mera coniectura est, coorta nimirum, quod in codice non servatur illud „ὅτι", contra quam clamat tota scholii ratio et forma dicendi; cf. statim Ξ 247. Idem quod ἄμετρος, significat κακόμετρος."

5ᵇ *B* 520 ⟨Κρῖσάν τε ζαθέην καὶ Δαυλίδα⟩ καὶ Πανοπῆα

ὅτι Ζηνόδοτος γράφει „καὶ Πανοπτέων", ἄμετρον ποιῶν τὸν στίχον καὶ οὐ καθ' Ὅμηρον σχηματίζων τὸ ὄνομα. ἔστι γὰρ Πανοπεύς, ὡς Ἀχιλλεύς· „ὃς ἐν κλειτῷ Πανοπῆι" (*P* 307). A. = Friedlaender p. 70.

5ᶜ *B* 634 ⟨οἵ τε Ζάκυνθον ἔχον⟩ ἠδ' οἳ Σάμον ⟨ἀμφενέμοντο⟩

ὅτι Ζηνόδοτος γράφει „ἠδ' οἳ Σάμην", καὶ ἄμετρον ποιῶν, καὶ ἀγνοῶν ὅτι κατὰ τὸ ἀρσενικὸν ἐνίοτε ἐκφέρεται τὰ εἰς η λήγοντα· „μεσσηγὺς Τενέδοιο Σάμοιό τε" (δ 845; hunc errorem pro μεσσηγὺς Ἰθάκης τε Σάμοιό τε ortum esse ex confusione

huius versus cum *N* 33 *μεσσηγὺς Τενέδοιο καὶ Ἴμβρου* [conf. etiam *Ω* 78] intellexit Friedlaender)· *οὐ γὰρ εἶπε „Σάμης τε"*. A. = Friedlaender p. 74.

Confer etiam: *ο* 29 *Σάμοιο*] *τὴν Σάμην εἴρηκε Σάμον διὰ τὸ μέτρον καὶ τὴν δείλην δείελον* (*ρ* 606) *ἐν ἄλλοις*. V. = Carnuth p. 133.

α 246 *Σάμῃ: τὴν Σάμον Σάμην εἶπε.* V.
Σάμῃ τε] *τὴν Σάμον Σάμην καλεῖ.* B. = Carnuth p. 11.

δ 671 *Σάμοιό τε*] *ὅτι τὴν Σάμην Σάμον εἶπεν.* B. E. T. = Carnuth p. 52.

δ 845 *Σάμοιο*] *ὅτι τὴν Σάμην Σάμον λέγει.* H. = Carnuth p. 54.

ι 24 *Δουλίχιόν τε Σάμη τε*] *τὴν Σάμην ἐν ἄλλοις Σάμον λέγει· „οἵ τε Ζάκυνθον ἔχον ἠδ' οἳ Σάμον ἀμφενέμοντο"* (*B* 634). H. Q. = Carnuth p. 86.

5[d] *Υ* 484 ⟨*αὐτὰρ ὁ βῆ ῥ' ἰέναι μετ' ἀμύμονα*⟩ *Πείρεω υἱόν* ⟨*ἡ διπλῆ περιεστιγμένη,*⟩ *ὅτι Ζηνόδοτος γράφει „Πειρέως υἱόν", ἄμετρον ποιῶν τὸν στίχον καὶ παράλογον. ἔστι γὰρ Πείρως τὸ ὄνομα* (*B* 844)· *νῦν δὲ ἐσχημάτικεν ἀπὸ τοῦ Πείρεως, ὡς Μενέλεω. ἄδηλον δὲ εἰ τοῦ Θρᾳκῶν ἡγουμένου ἢ ἑτέρου τινὸς ὁμωνύμου.* A. = Friedlaender p. 305.

5[e] *E* 638 ⟨*ἀλλ' οἷόν τινά φασι βίην*⟩ *Ἡρακληείην* ⟨*ἡ διπλῆ,*⟩ *ὅτι τὸ οἷον ἐπὶ θαυμασμοῦ. τινὲς δὲ ἀλλοῖον παρὰ τοὺς νῦν. Ζηνόδοτος δὲ καὶ ἀμέτρως γράφει Ἡρακλεΐην.* A. = Friedlaender p. 112.

5[f] *Σ* 222 ⟨*οἳ δ' ὡς οὖν ἄϊον*⟩ *ὄπα χάλκεον* ⟨*Αἰακίδαο*⟩ *ὅτι ἀμέτρως ὁ Ζηνόδοτος „ὄπα χαλκέην", οὐ συνεὶς ὅτι παραπλήσιόν ἐστι τὸ σχῆμα τῷ „κλυτὸς Ἱπποδάμεια"* (*B* 742) *καὶ „θερμὸς ἀυτμή"* (Hymn. in Mercur. 110). *χάλκεον δὲ τὴν λαμπρὰν ἅμα καὶ στερεάν.* A. = Friedlaender p. 284.

5[g] *N* 172 *ναῖε δὲ Πήδαιον,* ⟨*πρὶν ἐλθεῖν υἷας Ἀχαιῶν*⟩ *ἡ διπλῆ, ὅτι Ζηνόδοτος γράφει „ὃς ναέ Πήδαιον", ἵνα κατάλληλον τὸν λόγον κατὰ συναφὴν ποιήσῃ. ἀγνοεῖ δὲ ὅτι Ὅμηρος διακόπτει τὰς φράσεις, ἵνα μὴ μακροπερίοδος γένηται. ἄλλως τε καὶ κακόμετρον τὸ ἔπος ποιεῖ.* A. = Friedlaender p. 216.

5[h] *Z* 34 ναῖε δὲ Σατνιόεντος ⟨ἐυρρείταο παρ' ὄχθας⟩ ὅτι Ζηνόδοτος γράφει „ὃς νάε (ναῖε cod.) Σατνιόεντος" ὁ Ἔλατος. κακόφωνον δὲ γίνεται. A. = Friedlaender p. 117.

6[a] *I* 656 ⟨ὣς ἔφαθ', οἳ δὲ⟩ ἕκαστος ⟨ἑλὼν δέπας ἀμφικύπελλον⟩

ὅτι ἥρμοζεν ἐπὶ τῶν δύο λέγειν ἑκάτερος, διὰ δὲ τὸ μέτρον [ἵνα τηρηθῇ τὸ τῆς λέξεως[1])] οὕτως εἴρηται· οὐ γὰρ ἁρμόζει τῷ μέτρῳ τὸ ἑκάτερος. ἢ δεῖ λέγειν ὅτι καὶ ἐπὶ τῶν κηρύκων λέγει ἕκαστος. A. = Friedlaender p. 169.

Ab hoc scholio non longe recedit hoc, quod et ipsum Aristonici esse suspicor:

6[b] *Π* 179 ⟨τῆς δ'⟩ ἑτέρης ⟨Εὔδωρος ἀρήιος ἡγεμόνευε⟩ ὅτι ἐπὶ τῆς δευτέρας εἴρηκεν ἑτέρας διὰ τὸ μὴ ἐπιδέχεσθαι τὸ μέτρον εἰπεῖν δευτέρας (quamquam subsequitur τρίτης etc.). πρὸς αὐτὸ δὲ τὸ προδεδηλωμένον τῇ δυϊκῇ διαστολῇ κέχρηται. A.

Conf. Leidenroth l. c. p. 60: „Usus est duali divisione. Inde explicandum quod Ar. *Ξ* 272 ὅτι ἐπὶ δύο τῷ ἑτέρῳ χρῆται adnectitur κατὰ διαστολήν, Ἑλληνικῶς."

7[a] *B* 500 ⟨οἵ τ' Ἐλεῶν' εἶχον ἠδ'⟩ Ὕλην ⟨καὶ Πετεῶνα⟩ ὅτι νῦν μὲν ἐκτεταμένως Ὕλην εἴρηκεν, ἐν ἄλλοις δὲ συνεσταλμένως „Ὕλῃ ἔνι οἰκία ναίων" (*H* 221). νῦν δὲ καλοῦνται Ὕλαι πληθυντικῶς. A. = Friedlaender p. 70.

7[b] *E* 708 ⟨ὅς ῥ' ἐν⟩ Ὕλῃ ⟨ναίεσκε μέγα πλούτοιο μεμηλώς⟩

ὅτι Ζηνόδοτος γράφει Ὕδῃ. ἔστι δὲ τῆς Λυδίας ἡ Ὕδη, ὁ δὲ ἀνὴρ Βοιωτός, καὶ κώμη Βοιωτίας ἡ Ὕλη. καὶ ὅτι οὕτω συνεσταλμένως λέγεται ἡ πόλις, ἐκτέταται δὲ ἐν τῷ καταλόγῳ (*B* 500) διὰ μέτρον. A. = Friedlaender p. 113.

Eodem ex fonte, ex quo scholion Veneti A, profluxit hoc quoque, quod codex B ad eundem versum adscriptum habet, scholion:

τὸ Ὕλη ἐνταῦθα μὲν συστέλλει, ἐν δὲ τῷ καταλόγῳ ἐκτείνει „ἠδ' Ὕλην καὶ Πετεῶνα" (*B* 500).

---

[1]) verba ἵνα — λέξεως seclusit Friedlaender.

7[c] *H* 221 ⟨*σκυτοτόμων ὄχ' ἄριστος,*⟩ *Ὕλῃ* ⟨*ἔνι οἰκία ναίων*⟩
ὅτι ἐνταῦθα συνεσταλμένως, ἐν δὲ τῷ καταλόγῳ (*B* 500) *ἐκτεταμένως „ἠδ' Ὕλην καὶ Πετεῶνα".* A. = Friedlaender p. 131.[1])

8 *P* 218 ⟨*Φόρκυν τε*⟩ *Χρομίον* ⟨*τε καὶ Ἔννομον οἰωνιστήν*⟩
ὅτι τὸν ἐν τῷ διακόσμῳ (*B* 858) *Χρόμιν εἰρημένον νῦν Χρομίον εἴρηκε διὰ τὸ μέτρον. ὁ δὲ Διονύσιος, εἴ τις ζητοίη, φησί, πότερον παραπεποίηται, εἴποιμεν ἂν τὸν Χρομίον· εὔλογον γὰρ ἐκεῖ τὸ ὄνομα πρῶτον* (Lehrs addit: *εἰρημένον ὑγιὲς εἶναι*). = Friedlaender p. 276.

9[a] *B* 4 ⟨*τιμήσῃ, ὀλέσῃ δὲ*⟩ *πολέας* ⟨*ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν*⟩
ὅτι Ζηνόδοτος γράφει πολῦς. A. = Friedlaender p. 56.

9[b] *A* 559 ⟨*τιμήσῃς, ὀλέσῃς δὲ*⟩ *πολέας* ⟨*ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν*⟩
Ζηνόδοτος πολῦς (codices *πολεῖς*). L.V. = Friedlaender p. 55. Eundem auctorem horum duorum scholiorum esse verisimillimum est; itaque falsus esse videtur Ludwichius, cum (I p. 200. 202) id quod ad *A* 559 adscriptum est scholion Didymo, illud, quod ad *B* 4 pertinet, Aristonico attribueret. Ceterum scholion ad *B* 4 adscriptum codex A continuat his verbis non ab ipso Aristonico scriptis:
μόνα δὲ τὰ εἰς υς μονογενῆ δύναται παρὰ τὴν ἔκτασιν ἢ συστολὴν ἑνικὰ καὶ πληθυντικὰ γίνεσθαι, οἷον βότρῦς καὶ βότρυς.

10[a] *Φ* 262 ⟨*χώρῳ ἔνι προαλεῖ,*⟩ *φθάνει* ⟨*δέ τε καὶ τὸν ἄγοντα*⟩
Ἀρίσταρχος ἐξέτεινε τὸ ᾱ διὰ τὸ μέτρον· Ζηνόδοτος „φθανέει" ὡς νοσέει. V (conf. etiam scholion codicis A). = Friedlaender p. 310.

[1]) Vocalem *ῡ* verbi *Ὕλη* versu *B* 500 excepto ubique correptam esse docet Strabo IX p. 408: *Ὅμηρος δ' ἑνικῶς ἐκφέρει, τοτὲ μὲν ἐκτείνων τὴν πρώτην συλλαβήν, ὡς ἐν τῷ καταλόγῳ „ἠδ' Ὕλην καὶ Πετεῶνα"* (*B* 500) *ποιητικῶς, τοτὲ δὲ συστέλλων „ὅς ῥ' ἐν Ὕλῃ ναίεσκε"* (*E* 708), *„σκυτοτόμων ὄχ' ἄριστος, Ὕλῃ ἔνι οἰκία ναίων"* (*H* 221). *οὐδ' ἐνταῦθα εὖ γραφόντων τινῶν „Ὕδῃ ἔνι"· οὐ γὰρ ὁ Αἴας ἐκ τῆς Λυδίας τὸ σάκος μετεπέμπετο.*

10[b] *I* 506 ⟨πολλὸν ὑπεκπροθέει,⟩ φθάνει ⟨δέ τε πᾶσαν ἐπ᾽ αἶαν⟩

ὅτι Ζηνόδοτος γράφει „φθανέει". A. = Ludwich I p. 307; contra Friedlaender p. 165: ἐκτατέον τὸ φθάνει διὰ τὸ μέτρον. ⟨ἡ δὲ διπλῆ περιεστιγμένη,⟩ ὅτι Ζηνόδοτος γράφει „φθανέει", quorum verborum prima potius ab Herodiano profecta sunt.

11 *Λ* 45 ⟨λάμπ᾽· ἐπὶ δ᾽⟩ ἐγδούπησαν ⟨Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη⟩

ὅτι διὰ τὸ μέτρον παράκειται τὸ γ̄· τὸν δὲ δοῦπον οὐκ ἂν εἴποι γδοῦπον. A. = Friedlaender p. 187.

12[a] *Α* 141 ⟨νῦν δ᾽ ἄγε νῆα μέλαιναν⟩ ἐρύσσομεν ⟨εἰς ἅλα δῖαν⟩

ὅτι τὸ ἐρύσσομεν ἐστὶν ἀντὶ τοῦ ἐρύσσωμεν· συνέσταλται γάρ. A. = Friedlaender p. 45.

12[b] *Β* 72 ⟨ἀλλ᾽ ἄγετ᾽, αἴ κέν πως⟩ θωρήξομεν ⟨υἷας Ἀχαιῶν⟩

ὅτι συνεσταλμένως θωρήξομεν ἀντὶ τοῦ θωρήξωμεν. A. = Friedlaender p. 58.

12[c] *I* 165 ⟨ἀλλ᾽ ἄγετε, κλητοὺς⟩ ὀτρύνομεν, ⟨οἵ κε τάχιστα⟩ ὅτι τοὺς ἀπὸ τοῦ καλεῖσθαι αἱρουμένους. καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ „οὗτοι γὰρ κλητοί γε" (ρ 386). καὶ τὸ ὀτρύνομεν ἀντὶ τοῦ ὀτρύνωμεν. A. = Friedlaender p. 158.

12[d] *Ν* 465 ⟨ἀλλ᾽ ἕπευ, Ἀλκαθόῳ⟩ ἐπαμύνομεν, ⟨ὅς σε πάρος γε⟩

ὅτι ἀντὶ τοῦ ἐπαμύνωμεν. A. = Friedlaender p. 221.

12[e] *Π* 60 ⟨ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι⟩ ἐάσομεν· ⟨οὐδ᾽ ἄρα πως ἦν⟩

ὅτι τὸ ἐάσομεν ἀντὶ τοῦ ἐάσωμεν. A. = Friedlaender p. 257.

12[f] *Ψ* 75 ⟨καί μοι δὸς τὴν χεῖρ᾽,⟩ ὀλοφύρομαι· ⟨οὐ γὰρ ἔτ᾽ αὖτις⟩

ὁτι τὸ ἵνα λείπει, καὶ συνέσταλκεν ἀντὶ τοῦ ἵνα ὀλοφύρωμαι. A. = Friedlaender p. 327.

12[g] ζ 259 ⟨ὄφρ᾽ ἂν μέν κ᾽ ἀγροὺς⟩ ἴομεν ⟨καὶ ἔργ᾽ ἀνθρώπων⟩

⟨ἡ διπλῆ, ὅτι⟩ τὸ . . . ἴομεν ἀντὶ τοῦ ἴωμεν. H. = Carnuth p. 69.

12[a] μ 27 ⟨ἢ ἁλὸς ἢ ἐπὶ γῆς⟩ ἀλγήσετε ⟨πῆμα παθόντες⟩ ὅτι συνέσταλκεν ἀντὶ τοῦ ἀλγήσητε. H. = Carnuth p. 112.

13 Θ 501 ⟨Ἀργείους καὶ νῆας⟩ ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης. ⟨ἡ διπλῆ,⟩ ὅτι Ζηνόδοτος γράφει „ἐπεὶ Διὸς ἐτράπετο φρήν". ἐξ ἄλλου δὲ στίχου (K 45) τὸ ἡμιστίχιόν ἐστι νῦν ἀναρμόστως προστεθειμένον· οὐ γὰρ κατὰ Διὸς προαίρεσιν νὺξ ἐγένετο. A. = Friedlaender p. 150 sq.

Caput X.
DE PHILOXENO.

De Philoxeni Alexandrini vita et studiis egerunt Mauricius Schmidt in Philologi Gottingensis vol. IV p. 627 sqq., VI p. 660 sqq. et Kleistius 'De Philoxeni grammatici Alexandrini studiis etymologicis' Gryphiswaldiae 1865.[1]) Scholia metrici argumenti, quae etiam nunc circumferuntur in codicibus Homeri Iliadis et Odysseae, fragmenta sunt duorum, quorum titulos servavit Suidas, librorum: περὶ μονοσυλλάβων ῥημάτων et περὶ τῶν εἰς $\overline{\mu\iota}$ ληγόντων ῥημάτων.

1 ξ 485 ⟨ἀγκῶνι νύξας· ὃ δ' ἄρ'⟩ ἐμμαπέως ⟨ὑπάκουσε⟩ ταχέως, ἅμα τῷ λόγῳ. οὕτω δὲ Φιλόξενος σχηματίζει τὴν λέξιν ἐν δευτέρῳ περὶ μονοσυλλάβων ῥημάτων· παρὰ τὸ ἔπος γράφουσι σύνθετον τὸ ἀμεπής, ὡς ψεῦδος ἀψευδής. εἶτα ἐξ αὐτοῦ γράφουσι μεσότητος ἐπίρρημα ἀμεπῶς, ὡς ἀψευδῶς, καὶ ἐν Ἰωνικῇ διαλύσει ἀμεπέως, ὡς ἀψευδέως. καὶ ἐπεὶ τρεῖς βραχεῖαι ἀλλεπάλληλοι οὐ συνίστανται, τῷ διπλασιασμῷ τοῦ $\overline{\mu}$ καὶ ἀντιπαραχωρήσει τοῦ $\overline{\alpha}$ καὶ $\overline{\varepsilon}$ γίνεται ἐμμαπέως. B. H. Q. Vind. 133.

2 Ω 665 ⟨τῇ δεκάτῃ δέ κε θάπτοιμεν⟩ δαινῦτό ⟨τε λαός⟩ προπερισπαστέον, ὡς καὶ Φιλοξένῳ δοκεῖ, ἵνα ᾖ ἐκ τοῦ δαινύατο τοῦ πληθυντικοῦ συναλοιφή, ὡς πυθοίατο. ὡς οὖν τοὺς νέκυας νέκῦς ἔφη καὶ τὸ δαινύατο δαινῦτο, οὕτως

[1] Conf. etiam Ludovicum Scheele 'de Sorano Ephesio medico etymologo' in Dissertat. Argentorat. vol. VIII (p. 37 sqq.).

ἔχει καὶ τὸ „λελῦτο δὲ γυῖα ἑκάστου" (σ 238). οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν εἰ πληθυντικόν ἐστι τὸ δαινῦτο καὶ τὸ λαός ἑνικόν· τῷ γὰρ σημαινομένῳ ἡ σύνταξις ἐγένετο, ὁμοίως τῷ „ἀγρόμενοι πᾶς δῆμος" (Υ 166). Φιλοξένῳ δὲ ἀρέσκει ἐν τοῖς εἰς $\overline{μι}$ λήγουσι καὶ ἑνικὸν αὐτὸ εὐκτικὸν εἶναι ἀκολούθως κεκλιμένον. A.
Conf. Herodianus ad *M* 286 (Lentz II p. 82).

Caput XI.
DE NICANORE.

Nicanor rem metricam eatenus respexit, quatenus eae, quas de interpunctione instituit, quaestiones cum illa cohaerent. Ad Aristarchi doctrinam non pauca ex eis redeunt, quae Nicanor docuit, qui Aristarchea illa ex Didymi et Aristonici libris videtur cognovisse. Usus autem est Nicanor praeterea libris stigmatographici argumenti, qui quidem integri non supersunt, scimus tamen in his libris fuisse illum, quem Nicias composuerat. Ceterum conf. La Roche H. T. p. 121.

Scholia Nicanoris ad rem metricam pertinentia profluxerunt ex libris περὶ Ἰλιακῆς στιγμῆς et περὶ Ὀδυσσειακῆς στιγμῆς conscriptis, quibus ex libris constabat Nicanoris opus περὶ στιγμῆς τῆς παρ' Ὁμήρῳ. Agitur in nonnullis ex his scholiis de ea quaestione, quot χρόνοι (σιωπῆς) statuendi sint in eis locis, ubi fortius leviusve interpunctionis signum adhibetur. Veluti cum ad *B* 23 adnotetur τελεία στιγμὴ . . . τέσσαρας χρόνους σιωπῆς δύναται, apparet Nicanorem pausam quattuor eiusmodi χρόνους durantem statuisse in eis locis, ubi fortissime interpungitur, eo scilicet interpunctionis signo, quod nos hodie 'punctum' appellamus. Item cum ad *B* 877 haec adnotata sint (conf. Friedlaender p. 119): ὑποτελεία γάρ ἐστιν ἥτις τρεῖς χρόνους δύναται, apparet Nicanorem in eis locis, ubi nos hodie in contextu verborum Graecorum typis reddendo illo quod 'colon' vocatur interpunctionis signo utimur, pausam tres eiusmodi χρόνους durantem statuisse. Hi igitur, qui a Nicanore, ubi de interpunctione agitur, χρόνοι dicuntur, non

diversi sunt ab eis, qui cum ab aliis de re musica scriptoribus tum ab Aristide Quintiliani liberto (p. 40 sq. ed. Meibom) *κενοὶ χρόνοι* appellantur, quos eosdem Quintilianus (Inst. Orat. IX 4, 51) 'inania tempora' vocat. Nec vero videntur hi *χρόνοι* (*σιωπῆς*) ullo modo confundi posse cum eo vocabuli *χρόνος* usu, qui latissime olim patuit in Graecorum arte rhythmica, secundum quem in versibus syllabae breves plerumque singulos *χρόνους* (*πρώτους*), syllabae longae binos *χρόνους* (*πρώτους*) explere dicebantur; nam si in versu aliquo hexametro fortissima illa interpunctio locum habebat, quam nos hodie 'punctum' appellamus, cui interpunctioni Nicanor, ut supra dixi, quattuor *χρόνους* (*σιωπῆς*) tribuebat, non poterant sane hi quattuor *χρόνοι* (*σιωπῆς*) ad 24 (vel 23), quibus hexameter dactylicus utpote ex quinque dactylis et uno spondeo vel trochaeo constans efficitur, ita in computando accedere, ut versus 28 (vel 27) *χρόνους* (*πρώτους*) comprehendens efficeretur. Nihilo tamen minus Nicanor illis *χρόνοις* (*σιωπῆς*) usus est ad eos solos hexametros Homericos explicandos, in quibus unus *χρόνος* (*πρῶτος*) deesse videbatur: veluti ad *T* 189 „*μιμνέτω αὖθι τέως, ἐπειγόμενός περ Ἄρηος*" haec adnotavit: *βραχὺ διασταλτέον ἐπὶ τὸ τέως . . ., ἵνα διὰ τῆς σιωπῆς τοῦ χρόνου τὸ μέτρον σώζηται.* Itaque, quoniam hexameter ille Homericus (*T* 189), qui in trochaeum exit ideoque 23 *χρόνους* (*πρώτους*) continere debebat, propter licentiam, qua Homerica poesis in prima vocabuli *ἐπειγόμενος* syllaba pronuntianda utebatur, 22 tantum *χρόνους* (*πρώτους*) complecti videbatur, Nicanor 23um *χρόνον* (*πρῶτον*) ita assequi se posse opinatus est, ut virgula illa, quam nos hodie 'comma' appellamus, quae post *τέως* ponenda est, pausam unius *χρόνου* effici statueret.

In quibus autem hexametrorum Homericorum sedibus oratio potissimum interpungenda esset, Nicanor ita docuit, ut aptissimum ad fortem interpunctionem recipiendam locum esse diceret in ipso hexametri fine, i. e. post absolutum hexametri pedem sextum; itaque vetat interpunctionem fieri post *χρόνον* vigesimum, post *χρόνον* undevigesimum, post *χρόνον* duodevigesimum, i. e. vetat interpunctionem fieri in

medio pede quinto hexametri et post pedem quintum absolutum. Praeter ipsum hexametri finem Nicanor interpunctionem apte fieri posse censet in hexametri caesura primaria; itaque vetat interpunctionem fieri aut proxime ante caesuram primariam aut proxime post caesuram primariam; vetat igitur interpunctionem fieri post *χρόνον* undecimum (i. e. ante ultimum ex quattuor illis *χρόνοις*, ex quibus tertius hexametri pes constat) et post *χρόνον* duodecimum (i. e. post pedem tertium absolutum) et post *χρόνον* octavum (i. e. post hexametri pedem secundum absolutum).

Ipsa scholia, quae ad Nicanorem referenda esse videntur, haec sunt:

1[a] *β* 77 ⟨τόφρα γὰρ ἂν κατὰ ἄστυ⟩ ποτιπτυσσοίμεθα μύθῳ
⟨χρήματ' ἀπαιτίζοντες, ἕως κ' ἀπὸ πάντα δοθείη.⟩
..... καὶ ἔδει μὲν ἡμᾶς ὑποστίζειν (βραχὺ διαστέλλειν Carnuth) εἰς αὐτό (id est ποτιπτυσσοίμεθα), τὸ δὲ „μύθῳ" τοῖς ἑξῆς ἀποδιδόναι. ἀλλ' οὐδέποτε ὁ εἰκοστὸς χρόνος τοῦ ἡρωϊκοῦ στιγμὴν ἐπιδέχεται. H. M. Q. = Carnuth p. 25.

1[b] *M* 49 ⟨ὣς Ἕκτωρ ἀν' ὅμιλον ἰὼν⟩ ἐλίσσεθ' ἑταίρους
⟨τάφρον ἐποτρύνων διαβαινέμεν⟩

τὸ ἐλίσσετο ἑκατέροις δύναται προσδίδοσθαι, καὶ σημαίνει ἢ τὸ παρεκάλει παρὰ τὸ λίσσεσθαι, ἢ ἐστρέφετο παρὰ τὸ ἑλίσσω ῥῆμα, ἐπεὶ καὶ λέοντι αὐτὸν εἰκάζει. πιθανώτερον δὲ τοῖς ἑξῆς αὐτὸ συντάττειν· οὔτε γὰρ εὔκαιρος ἡ διαστολὴ ἐπὶ τοῦ ἐννεακαιδεκάτου χρόνου, οὔτε τὸ πλῆθος εἰκὸς αὐτὸν παρακαλεῖν, ἀλλὰ τοὺς ἑταίρους μόνους. A. = Friedlaender p. 218.

1[c] *M* 434 ⟨ἥ τε σταθμὸν ἔχουσα καὶ εἴριον⟩ ἀμφὶς ⟨ἀνέλκει ἰσάζουσ'⟩
(ἑκατέρωθεν· μή ποτε παριδοῦσα ἀποστερηθῇ ὀλίγου μισθοῦ τιμῆς.) οὐ δύναται δὲ εἰς τὸ ἀμφίς εἶναι στιγμή· οὐδέποτε γὰρ ὁ ἐννεακαιδέκατος χρόνος τοῦ ἔπους διαστολὴν δέχεται. B. L. V.

Ad hoc scholion haec adnotavit Friedlaenderus (p. 130): „fluxit id quidem e Nicanore, sed his verbis ab eo dici

non potuit, quoniam στιγμή apud eum minimam distinctionem numquam significat." Quod Friedlaenderus contendit vocabulo στιγμή non posse significari 'minimam distinctionem' sive levissimam interpunctionem, id non falso quidem dictum est, siquidem in plurimis Nicanoris fragmentis vocabulum στιγμή re vera significat 'maximam distinctionem'. At ipso Nicanore auctore (ad Ο 128, Α 388, δ 712) στιγμή etiam ἀμφίβολος esse potest, atque ipse Friedlaenderus ad hos locos haec adnotavit (p. 16): „Horum locorum duo postremo allati (Α 388, δ 172) ita comparati sunt, ut ambigatur maxima minimane distinctio praeferenda sit: στιγμὴ igitur his locis nil est nisi interpungendi ratio." Accedit quod opus Nicanoris hac inscriptione insignitum erat: περὶ στιγμῆς τῆς παρ᾽ Ὁμήρῳ, unde apparet vocabulo στιγμή etiam interpunctionem sive distinctionem κατ᾽ ἐξοχὴν appellari potuisse a Nicanore. Itaque in scholio illo ad Μ 434 spectante hoc a Nicanore doceri videtur: nullam omnino interpunctionem sive distinctionem post ἀμφίς exstare posse. Neque igitur dubito scholion illud Nicanori attribuere.

1[d] Ο 360 ⟨τῇ ῥ᾽ οἵ γε προχέοντο⟩ φαλαγγηδόν, ⟨πρὸ δ᾽ Ἀπόλλων⟩

τῶν τετηρημένων ἐστὶ καὶ αὕτη ἡ στιγμὴ ἐπὶ τοῦ ὀκτωκαιδεκάτου χρόνου· ὀλίγαι δ᾽ εἰσὶ παρ᾽ Ὁμήρῳ τοιαῦται. A. = Friedlaender p. 237.

2[a] γ 34 ⟨οἱ δ᾽ ὡς οὖν ξείνους⟩ ἴδον, ⟨ἁθρόοι ἦλθον ἅπαντες⟩

μετὰ τὸ ἴδον ἡ ὑποστιγμὴ παράσημος· οὐδέποτε γὰρ τὸ ἔπος εἰς δύο διαιρεῖται τῇ στιγμῇ, ὅ ἐστιν εἰς τὸν ιβ΄ χρόνον. H. M. = Carnuth p. 32.

2[b] Α 356 ⟨ἦ γάρ μ᾽ Ἀτρείδης εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων⟩ ἠτίμησεν· ⟨ἑλὼν γὰρ ἔχει γέρας, αὐτὸς ἀπούρας⟩

τῶν σπανίων ἡ στιγμὴ [1]) κατὰ τὸν ἕβδομον χρόνον. A. Eam, qua scholion traditum est, formam Nicanori abiudicandam esse perspexit Friedlaenderus (p. 129); nam id quidem

[1]) Cod. τομή, correxi στιγμή.

docere non poterat Nicanor, caesuram (*τομήν*) post septimum *χρόνον* raram esse, siquidem intra ipsos primos centum Iliadis hexametros vicies semel, intra ipsos primos centum Odysseae hexametros decies caesura post septimum *χρόνον* fit. Itaque consentaneum est vocabulum *τομή* corruptum esse. Latere autem in hac corruptela interpunctionis sive distinctionis notionem probabile est, quoniam post septimum *χρόνον* rarissime in Homericis hexametris fortiter interpungitur. Etenim si ab eo, de quo agitur, versu (*A* 356) recesseris, in omnibus Iliadis et Odysseae carminibus non plus quattuor vel quinque versus deprehendi post septimum *χρόνον* fortiore interpunctione distinctos; sunt autem hi:

K 496 *ἀσθμαίνοντα· κακὸν γὰρ ὄναρ κεφαλῆφιν ἐπέστη*
X 108 *ὣς ἐρέουσιν· ἐμοὶ δὲ τότ᾽ ἂν πολὺ κέρδιον εἴη*
ζ 285 *ὣς ἐρέουσιν, ἐμοὶ δέ κ᾽ ὀνείδεα ταῦτα γένοιτο.*
ξ 444 *οἷα πάρεστι· θεὸς δὲ τὸ μέν δώσει τὸ δ᾽ ἐάσει,*
ω 338 sq. *διὰ δ᾽ αὐτῶν*
ἱκνεύμεσθα, σὺ δ᾽ ὠνόμασας καὶ ἔειπες ἕκαστα.

Itaque levi librarii errore *τομή* exaratum est in scholio illo pro *στιγμή*. Accedit quod ad varias ipsius hexametri dactylici caesuras vix videntur accurate attendisse grammatici Nicanoris aequales; conf. Christ 'Metrik' [2] p. 173, quamquam ea, quae hic vir doctus protulit, parum plene exposita sunt; rectioris doctrinae fundamenta iecit Ludovicus Voltz in Dissertationum Philologicarum Argentoratensium vol. XI p. 48 sqq.

Iam vero sequuntur ea Nicanoris fragmenta, in quibus unus, qui deesse videbatur, *χρόνος* (*πρῶτος*) interpunctione sive distinctione verborum, quae fit, expletus esse videbatur Nicanori. Sunt autem haec:

3[a] *T* 189 ⟨*μιμνέτω αὖθι*⟩ *τέως, ἐπειγόμενός* ⟨*περ Ἄρηος*⟩ *βραχὺ διασταλτέον ἐπὶ τὸ τέως πρὸς τὸ σαφές, καὶ ἵνα διὰ τῆς σιωπῆς τοῦ χρόνου τὸ μέτρον*[1]) *σώζηται.* (*ἐν δὲ ταῖς εἰκαιοτέραις μετὰ τοῦ πέρ.*) B. = Friedlaender p. 256.

---

[1]) Cod. *μέρος*, Friedl. *μέτρον*.

Ad quae verba Friedlaenderus haec adnotat (p. 121): „Didymi et Nicanoris adnotationes in unum coaluisse videntur." Mauricius Schmidt in Didymi editione (p. 167) haec: „Friedlaenderus Nican. p. 256 Nicanori vindicat minus recte" (sc. hoc scholion). Recte priorem scholii partem *βραχὺ — σώζηται* Nicanori, posteriorem *ἐν — πέρ* Didymo tribuit Ludwichius I p. 446. Posteriorem enim partem non Nicanoris, sed Didymi esse eo demonstratur, quod a Nicanore ne semel quidem commemorantur *αἱ εἰκαιότεραι* (sc. *ἐκδόσεις*), contra eaedem saepius occurrunt in Didymi fragmentis (ad *I* 324, *O* 197, *Σ* 100, 376, *T* 95, *X* 301 etc.; conf. Ludwich I p. 47).

3[h] *γ* 230 *Τηλέμαχε, ⟨ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων⟩*

Ex Eustathii adnotatione 1465, 3 (*ἐνταῦθα μέντοι θεραπεύει τὴν λήγουσαν τῆς κλητικῆς τοῦ Τηλεμάχου οὐ μόνον ἡ στιγμὴ καὶ τὸ ἐπαγόμενον π, ἀλλὰ καὶ ἡ περισπωμένη τοῦ „ποῖόν σε ἔπος φύγεν", ὡς ἡ δύναμις ἔχει τῆς κοινῆς συλλαβῆς. καθ' ἣν δύναμιν καὶ ἡ στιγμὴ χαρίζεταί τι χρόνου τῷ πρὸ αὐτῆς βραχεῖ ἢ βραχυνομένῳ φωνήεντι καὶ τὰ ἐν ἀρχῇ λέξεων ἄφωνα, ὡς πεφυκότα διπλοῦσθαι*) collegit Carnuth (p. 33 sq.) Nicanoris scholion hoc fuisse: *μετὰ τὸ Τηλέμαχε δεῖ στίζειν, ἐπεὶ αἱ προσαγορευτικαὶ τῶν περιόδων αὐτοτελεῖς εἰσιν· καὶ ἵνα διὰ τῆς σιωπῆς τοῦ χρόνου τὸ μέτρον σώζηται.*

Caput XII.

DE HERODIANO.

Herodianus, Apollonii Dyscoli grammatici filius, decus grammaticae disciplinae, Antoninorum aequalis, cum multa alia scripsit ad crisin in Homero factitandam utilissima tum in libris qui dicuntur *περὶ καθολικῆς προσῳδίας* et maxime

in eis, quibus inscribitur *περὶ τῆς Ὁμηρικῆς προσῳδίας* (i. e. *περὶ Ἰλιακῆς προσῳδίας* et *περὶ Ὀδυσσειακῆς προσῳδίας*) non tantum quid ipse de singulis quaestionibus sentiat, sed etiam quid antiquiores grammatici inde ab Alexandrinorum temporibus senserint, exponere solet. Herodianeas reliquias quam sollerter collegerit et disposuerit Augustus Lentz, meum non est praedicare. Ipsam rem metricam raro attigit Herodianus in quaestionibus *περὶ προσῳδίας* institutis, nec fere nisi ita, ut diceret hanc vel illam vocabuli formam *διὰ τὸ μέτρον* vel ne metrum turbaretur, hoc vel illo modo adhibitam esse. Nec tamen parvus est numerus eorum fragmentorum ad Herodianum redeuntium, in quibus metri aliquo modo ratio habetur.

1 *Α* 147 ὄφρ' ἥμιν ⟨ἑκάεργον ἱλάσσεαι ἱερὰ ῥέξας⟩
οὕτως ὀξυτόνως τὴν ἄρχουσαν τοῦ ἥμιν· ἁπλῆ γάρ ἐστιν. ἐκτατέον δὲ καὶ τὴν τελευταίαν· δεῖ γὰρ ῥωννύναι μᾶλλον τὸ μέτρον. A. = Lentz II p. 24.

Confer etiam: *Α* 579 ⟨νεικείῃσι πατήρ, σὺν⟩ δ' ἥμιν ⟨δαῖτα ταράξῃ⟩
πιθανώτερον ὀξύνειν τὴν πρώτην τοῦ ημιν καὶ ἐκτείνειν τὴν τελευταίαν. A. = Lentz II p. 30.

Α 214 ⟨ὕβριος εἵνεκα τῆςδε· σὺ δ' ἴσχεο, πείθεο⟩ δ' ἡμῖν
τὸ . . . ἡμῖν ὀρθοτονεῖται· ἀντιδιέσταλται γάρ, ἀντὶ τοῦ ἡμῖν πείθου καὶ μὴ τῇ σῇ ὀργῇ. κακῶς οὖν Ἀρίσταρχος συστέλλει τὴν μιν. B. L. = Lentz II p. 25.

Reliqua scholia ad vocem ημιν pertinentia congessit La Roche H. T. p. 274 sqq.

2ª *Β* 498 Θέσπιαν ⟨Γραῖάν τε καὶ εὐρύχορον Μυκαλησσόν⟩
ἐκτετάσθαι φασὶ διὰ τὸ μέτρον· τὸ γὰρ τῆς ἱστορίας ἐν συστολῇ τέ ἐστι πληθυντικῶς τε λεγόμενον. ἴσως οὖν ὅλον ποιητικόν ἐστιν· σύνηθες γὰρ αὐτῷ πολλάκις τὰ πληθυντικῶς λεγόμενα καὶ ἑνικῶς προφέρεσθαι „καὶ εὐρυάγυιαν Ἀθήνην" (η 80), „πολυχρύσοιο Μυκήνης" (*Η* 180), καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου τὰ ἑνικὰ πληθυντικῶς „ἐκ μὲν Κρητάων γένος εὔχομαι" (ξ 199). ταῦτα ἐν τῇ προσῳδίᾳ ὁ Ἡρωδιανός. ἐν μέντοι τῷ ια' τῆς

καθολικῆς προσῳδίας ἐν τοῖς προπαροξυτόνοις καὶ ἔχουσι πρὸ τέλους τὴν ει δίφθογγον αὐτὸ καταριθμεῖ, καὶ τοῦτο αὐτὸ τὸ Ὁμηρικὸν παρατίθησι, καὶ ἀλλαχοῦ λέγει τὴν ει ἔχειν αὐτὸ φανερῶς καὶ ἐπιφέρει ὅτι καὶ Θεσπιά ὀξυτόνως λέγεται. A. = Lentz II p. 34.

2[b] *B* 731 ⟨*τῶν αὖθ' ἡγείσθην*⟩ *Ἀσκληπιοῦ* ⟨*δύο παῖδε*⟩ *οὕτως ἐκτατέον διὰ τὸ μέτρον τὸ Ἀσκληπιοῦ.* A. = Lentz II p. 36.

2[c] *B* 518 ⟨*υἱέες*⟩ *Ἰφίτου* ⟨*μεγαθύμου Ναυβολίδαο*⟩ *τὴν μέσην συλλαβὴν ἐκτείνομεν τοῦ Ἰφίτου διὰ τὸ μέτρον. ἐν ἑτέροις γοῦν φυλάσσομεν τὸν χρόνον· „Ἴφιτος Εὐρυτίδης"* (*φ* 14) A. = Lentz II p. 35.

2[d] *O* 554 ⟨*ἐντρέπεται φίλον ἦτορ*⟩ *ἀνεψιοῦ* ⟨*κταμένοιο*⟩ *τὴν ψι συλλαβὴν ἐκτατέον διὰ τὸ μέτρον.* A. = Lentz II p. 96.

Hoc scholio ad *O* 554 collato etiam hoc quod sequitur fragmentum ab Herodiano profectum esse censeo:

2[e] *B* 588 ⟨*ἐν δ' αὐτὸς κίεν ᾗσι*⟩ *προθυμίῃσι* ⟨*πεποιθώς*⟩ *ἐξέτεινε . . . τὴν μι διὰ τὸ μέτρον.* B.

2[f] *B* 562 ⟨*οἵ τ' ἔχον Αἴγιναν*⟩ *Μάσητά* ⟨*τε κοῦροι Ἀχαιῶν*⟩

. . . ὁ δὲ Μάσης ἐπίνειον Αἰγινητῶν. ἐκτέταται δὲ διὰ τὸ μέτρον. B.

Idem fere, quod hic, legimus apud Choeroboscum 144, 14 ed. Gaisford. Qui cum Herodiani libris *περὶ προσῳδίας* accuratissime usus sit, etiam illa, quae in eo de quo agitur scholio (ad *B* 562) de quantitate vocalis *ᾱ* vocis *Μάσητα* exponuntur, ab Herodiano profecta esse mihi videntur.

3[a] *K* 105 ⟨*ἐκτελέει, ὅσα πού*⟩ *νυν* ⟨*ἐέλπεται· ἀλλά μιν οἴω*⟩

τὸ νῦν ἐνθάδε συσταλτέον διὰ τὸ μέτρον, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ „δεῦρό νυν ἢ τρίποδος" (*Ψ* 485). A. = Lentz II p. 69. Conf. etiam Choerobosci Exeges. in Hephaestionis enchiridion p. 74, 4 sq.

3[b] *Φ* 428 ⟨*τοιοῦτοι*⟩ *νῦν* ⟨*πάντες, ὅσοι Τρώεσσιν ἀρωγοί*⟩

εἴρηται (ad Γ 97 etc.) ὅτι τὸ νῦν ἀεὶ παρὰ τῷ ποιητῇ περισπᾶται, κἂν παρέλκῃ, χωρὶς εἰ μὴ μέτρον κωλύοι, ὡς ἐπὶ τοῦ „δεῦρό νυν ἢ τρίποδος" (Ψ 485) καὶ „ἐκτελέει ὅσα πού νυν ἔελπεται" (K 105). A. = Lentz II p. 118.
Venet. B: ἀεὶ τὸ νῦν φυλάσσον τὸν χρόνον καὶ τὸν τόνον φυλάσσει· εἴ που δὲ συσταλῇ διὰ μέτρον, ἐγκλίνεται, de quo scholio conf. La Roche H. T. p. 318.

3[c] Ψ 485 ⟨δεῦρό⟩ νυν ⟨ἢ τρίποδος περιδώμεθον ἠὲ λέβητος⟩
ἐνθάδε τὸ νῦν συσταλτέον διὰ τὸ μέτρον. A. = Lentz II p. 123.

3[d] ε 146 ⟨οὕτω⟩ νῦν ⟨ἀπόπεμπε, Διὸς δ' ἐποπίζεο μῆνιν⟩
τὸ νῦν ἔφαμεν ἐκτείνεσθαι παρὰ τῷ ποιητῇ, εἰ μὴ μέτρον κωλύοι. P. = Lentz II p. 142.
Conf. etiam: Λ 421 ⟨ἀλλὰ σὺ μὲν⟩ νῦν ⟨νηυσὶ παρήμενος ὠκυπόροισι⟩
τὸ νῦν ἀντὶ τοῦ δή· διὸ καὶ Τυραννίων ἠξίου ὀξύνειν, οὐκ εὖ. A. = Lentz II p. 27.

Γ 97 ⟨κέκλυτε⟩ νῦν ⟨καὶ ἐμεῖο· μάλιστα γὰρ ἄλγος ἱκάνει⟩
τὸ νῦν περισπαστέον, κἂν παρέλκῃ παρὰ τῷ ποιητῇ. A. = Lentz II p. 39.

4[a] Γ 198 ⟨ὅς τ'⟩ οἴων ⟨μέγα πῶυ διέρχεται ἀργεννάων⟩
Ἀρίσταρχος δισυλλάβως ὡς αἰγῶν, καὶ Πτολεμαῖος ὁ Ἀσκαλωνίτης· Ἀριστόνικος δὲ τρισυλλάβως „ὅς τ' ὀΐων μέγα πῶυ". ὁ μέντοι Πτολεμαῖος οὐχ ὑγιὲς αἴτιον ἐπιφέρει τῆς δισυλλάβου ἀναγνώσεως. φησὶ γὰρ ὅτι ἡ εὐθεῖα μονοσύλλαβός ἐστιν, οἶς ὡς αἶξ, διαμαρτάνει δέ· οὐδέποτε γὰρ ὁ ποιητὴς μονοσυλλάβως εἶπε τὴν εὐθεῖαν, δισυλλάβως δέ „τοῖσι δ' ὄϊς λάσιος" (Ω 125). καὶ τὰς πλαγίους δὲ κατὰ διάστασιν τοῦ ῑ λέγει, εἰ μὴ κωλύοι μέτρον· „ἐν δ' ἄρα νῶτον ἔθηκ' ὄϊος" (I 207) καὶ „μῆλ' ὄϊές τε καὶ αἶγες" (ι 184) καὶ „Τειρεσίῃ δ' ἀπάνευθεν ὄϊν" (κ 524). ἕνεκα δὲ μέτρου „οἰὸς ἀώτῳ" (α 443) καὶ „οἰῶν τε βληχήν" (μ 266). ὥστε εἰ καὶ ἐνθάδε μέτρον οὐ κωλύει, οὐδὲν ἦν ἐμποδὼν παραδέξασθαι τὴν

τοῦ Ἀριστονίκου ἀνάγνωσιν. καὶ γὰρ ἄλλως τὸ ὄϊς ἀναλογώτερον ἔσται δισύλλαβον ὂν τοῦ μονοσυλλάβου· πολλὰ γὰρ τὰ εἰς ις λήγοντα ἐπ' εὐθείας, οὐδὲν δὲ εἰς οις, ὅτι μὴ μόνον τὸ οἶς καὶ παρ' Ἀττικοῖς τὸ φθοῖς. A. = Lentz II p. 40. Brevius aliud scholion codicum A. B. L. V: ὁ μὲν Ἀρίσταρχος οἰῶν ὡς αἰγῶν, ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς ὀΐων ὡς δαΐδων, λέγων ὡς οὐ κλίνει τὸ μονοσύλλαβον ὁ ποιητής, εἰ μὴ μέτρον κωλύσειεν.

Idem fere, quod scholion ad *Γ* 198, docet hoc ad *I* 207:

4[b] ⟨ἐν δ' ἄρα νῶτον ἔθηκ'⟩ ὄϊος ⟨καὶ πίονος αἰγός⟩ ὡς πόλιος. εἰ μὴ διὰ μέτρον γάρ, οὔ φησιν οἰός. V.

5[a] *Λ* 27 ⟨ἱδρῶ θ', ὃν⟩ ἵδρωσα ⟨μόγῳ, καμέτην δέ μοι ἵπποι⟩

τὸ ... ἵδρωσα οὐκ ἀναγκαῖον συστέλλειν· δύναται γὰρ καὶ ἐκτείνεσθαι καὶ μηδὲν λυμαίνεσθαι τῷ μέτρῳ. ἔφαμεν δὲ (ad *Δ* 3) τὸν ποιητὴν ἀδιαφόρως καὶ φυλάσσειν τὸν χρόνον τῶν παρῳχημένων καὶ ἀποβάλλειν. A. = Lentz II p. 43.

5[b] *Θ* 161 ⟨Τυδείδη, περὶ μέν σε⟩ τίον ⟨Δαναοὶ ταχύπωλοι⟩

τὸ τίον ... ποιητικώτερον ἀπέβαλε τὸν κατ' ἀρχὴν χρόνον, διὸ ἐπὶ τὴν τι ἡ ὀξεῖα ἵσταται. περὶ δὲ τῶν τοιούτων ῥημάτων ἔφαμεν ὅτι ἴση ἐστὶν ἡ χρῆσις παρὰ τῷ ποιητῇ (conf. ad *B* 808). A. = Lentz II p. 60.

5[c] *Ψ* 70 ⟨οὐ μέν μευ ζώοντος⟩ ἀκήδεις, ⟨ἀλλὰ θανόντος⟩ ἄμεινον βαρύνειν ὡς ἐνόεις, τῆς ἀρχούσης συσταλείσης ποιητικῶς· ὡς γὰρ τὸ ἤκουσα ἄκουσα, οὕτως καὶ τὸ ἠκήδεις ἀκήδεις. A. = Lentz II p. 120.

5[d] *Δ* 151 ⟨ὡς⟩ δὲ ἴδεν ⟨νεῦρόν τε καὶ ὄγκους ἐκτὸς ἐόντας⟩

συσταλτέον τοῦ ἴδε⟨ν⟩ τὸ ῑ ὁμοίως τῷ „οὐκ ἴδον, οὐ πυθόμην" (ψ 40). εἰσὶ δὲ οἳ ἀναγινώσκουσιν „ὡς δ' εἶδεν νεῦρόν τε" ὁμοίως τῷ „ὡς εἶδεν δύο φῶτε" (*E* 572), οὐχ ὑγιῶς· ἐνθάδε γὰρ οὐκ ἄλλως[1]) δυνάμεθα ἀναγνῶναι ἢ φυλάσσοντες τὴν

[1]) οὐκ ἄλλως Lentzius, οὐ καλῶς cod.

ει δίφθογγον. ἐπὶ δὲ τούτων παραφύλαξαι, ὅτι, ὅταν ἡ προκειμένη λέξις εἰς τὸ ε̄ καταλήγῃ, ἤτοι διαστέλλει τὸ ῑ ἀπ' αὐτῆς μετὰ συστολῆς ἢ ἔκθλιψιν ποιεῖται τοῦ ε, ἔκθλιψιν μὲν οὕτως „τὸν δ' ἴδεν Αἰνείας" (Ε 166), „νῦν δ' ἴδεν ὃς μέγ' ἄριστος" (Β 82), διαστολὴν δὲ οὕτως μετὰ συστολῆς „τὴν δὲ ἴδεν προμολοῦσα[ν]" (Σ 382), „τὸν δὲ ἴδεν Κάδμου θυγάτηρ" (ε 333). οὕτως οὖν καὶ ἐνθάδε. A. = Lentz II p. 44.

5[e] γ 490 ⟨ἔνθα δὲ⟩ νύκτ' ἄεσαν, ⟨ὁ δὲ τοῖς πὰρ ξείνια θῆκεν⟩

συνέσταλται τὸ ᾱ· ἀλλαχοῦ δὲ „νύκτα μὲν ἀέσαμεν" (γ 151). H. Q., quod scholion H. I. Polak („Ad Odysseam eiusque scholiastas curae secundae" Lugduni Batavorum 1881, p. 164 et 527) ita sanare studet: συνέσταλται τὸ ᾱ· ἀλλαχοῦ δ' ἐ⟨κτέταται⟩· „νύκτα μὲν ἀέσαμεν" (γ 151), „ἄεσα καὶ τ' ἀνέμεινα" (τ 342).

Doctrinam Herodianeam, qualem invenimus in scholiis praecedentibus (5[a]—5[e]), inesse etiam in his, quae sequuntur, suspicor, quamquam in illis, quae a Lentzio Herodiano tribuuntur, scholiis non tam verba διὰ τὸ μέτρον leguntur, quam adverbium ποιητικῶς vel similia. Hoc autem non longe abesse a verbis διὰ τὸ μέτρον patet:

5[f] Λ 326 ⟨ὡς⟩ ὄλεκον ⟨Τρῶας πάλιν ὁρμένω· αὐτὰρ Ἀχαιοί⟩

ἀνῄρουν. τὸ ō μικρὸν διὰ τὸ μέτρον. D.

5[g] Ο 142 ⟨ὣς εἰποῦσ'⟩ ἵδρυσε ⟨θρόνῳ ἔνι θοῦρον Ἄρηα⟩

τὸ . . . ἵδρυσε[ν] συστέλλεται (exspectes ἐκτέταται), ὡς τὸ „ἐπίαχον υἷες Ἀχαιῶν" (Η 403). V.

5[h] λ 324 ⟨ἦγε μέν,⟩ οὐδ' ἀπόνητο· ⟨πάρος δέ μιν Ἄρτεμις ἔκτα⟩

οὐδ' ἀπώνατο. συστέλλεται δὲ διὰ τὸ μέτρον. B.

6 Ε 203 ⟨ἀνδρῶν εἰλομένων, εἰωθότες ἔδμεναι⟩ ἄδην Νικίας διὰ δύο δ̄ γράφει διὰ τὸ μέτρον ὁμοίως τῷ „κύον ἀδδεές" (Φ 481) καὶ ψιλοῖ. Ἀρίσταρχος δὲ δι' ἑνὸς δ̄ καὶ βραχέως καὶ δασέως· τὸ γὰρ ᾱ πρὸ τοῦ δ̄ δεκτικὸν μὲν

ψιλοῦται, ὡς τὸ ἀδολέσχης ἀδρανής, μὴ οὕτως δὲ ἔχον δασύνεται „ἅδε δ' Ἕκτορι" (M 80), „ἅδος τέ μιν ἵκετο θυμόν" (Λ 88). καὶ τὸ Ἅδωνις δέ τινες δασύνουσι παρὰ τὸ ἥδω. A.B. μάχεται τὸ ἀδράφαξυς, δεκτικὸν ἔχον τὸ ᾱ καὶ δασυνόμενον. A. = Lentz II p. 49.

7[a] E 130 ⟨μή τι σύ γ' ἀθανάτοισι θεοῖς⟩ ἀντικρὺ ⟨μάχεσθαι⟩

ἐνθάδε βούλονται τοῦ ἀντικρύ τὴν τελευταίαν συστέλλειν διὰ τὸ μέτρον. A. = Lentz II p. 48.

7[b] E 100 ἀντικρὺ ⟨δὲ διέσχε, παλάσσετο δ' αἵματι θώρηξ⟩

ὀξύνεται καὶ ἐκτείνεται· ὅταν δὲ ἔχῃ τὸ σ, συστέλλεται καὶ βαρύνεται. τὸ δὲ αἴτιον ἐν τῷ περὶ ἐπιρρήματος ἐροῦμεν. A. = Lentz II p. 48.

8 E 856 ἔγχεϊ ⟨χαλκείῳ· ἐπέρεισε δὲ Παλλὰς Ἀθήνη⟩
εἴρηται περὶ τῶν τοιούτων δοτικῶν, [ὅτι] πότε κατὰ διάστασιν, ὡς νῦν, καὶ πότε κατὰ συναλοιφήν, καὶ ὅτι τὸ μέτρον πολλάκις αἴτιον· καὶ τὰ ἀντικείμενα, καίτοι γε μέτρου μὴ ἐμποδίζοντος, ὡς τὸ „πλήθει πρόσθε βαλόντε" (Ψ 639). A. = Lentz II p. 53.

9[a] E 887 ⟨ἤ κε ζὼς ἀμενηνὸς⟩ ἔα ⟨χαλκοῖο τυπῇσι⟩
τὸ ἔα Ἰωνικόν ἐστιν, ἐκ τοῦ ἦν γεγονός· διὸ συσταλτέον τὸ ᾱ ὁμοίως τῷ „τοῖος ἔα ἐν πολέμῳ" (ξ 222), ὃ καὶ διὰ τοῦ η̄ λέγεται „τοίη [cod. τοῖς] ⟨τοὶ ἐγὼν ἐπιτάρροθος ἦα" (E 808), „οὐκ ἀποφώλιος⟩ ἦα ⟨οὐδὲ⟩ φυγοπτόλεμος [cod. φιλοπτόλεμος]" (ξ 212 sq.). τὸ δὲ μέτρον οὐ κωλύεται· ἀπήρτησε[1]) γὰρ εἰς μέρος λόγου, καὶ ἐπέχει τόπον μακρᾶς ὁμοίως τῷ „ἀμφηρεφέα τε φαρέτρην" (Α 45). A. = Lentz II p. 53.

9[b] δ 744 ἦ ἔα ἐν μεγάρῳ· ⟨μῦθον δέ τοι οὐκ ἐπικεύσω⟩

τὸ . . . ἔα ῥῆμα πρώτου προσώπου φασίν, ἵν' ᾖ „ἥτις ἤμην ἐν τῷ μεγάρῳ". P. Q. = Lentz II p. 141.

10 I 73 ⟨πᾶσά τοι ἔσθ'⟩ ὑποδεξείη ⟨,πολέεσσι δ' ἀνάσσεις⟩

[1]) Corrigendum esse ἀπήρτισε iam Bekkerus vidit.

ὡς Ἀργείη· τὸ δὲ ἀκόλουθον ὤφειλεν εἶναι κοινὸν ὑποδεξία ὡς παρὰ τὸ ἀνόρεκτος ἀνορεξία. ταῦτα ἐν τῇ προσῳδίᾳ. ἐν μέντοι τῇ καθόλου οὕτως· „πᾶσά τοί ἐσθ' ὑποδεξίη" ἕνεκα μέτρου ἔκτασιν ἔπαθε τοῦ ῑ. ἀγνοίᾳ μέντοι τἀκριβοῦς διὰ τῆς ει διφθόγγου τὴν γραφὴν ποιοῦνται, καὶ οὕτως ἔχει ἡ τοῦ Ἀριστοφάνους [1]) παράδοσις. A. = Lentz II p. 63.

11[a] *I* 506 ⟨πολλὸν ὑπεκπροθέει,⟩ φθάνει ⟨δέ τε πᾶσαν ἐπ' αἶαν⟩

ἐκτατέον τὸ φθάνει διὰ τὸ μέτρον. A (teste Bekkero). = Lentz II p. 66.

11[b] *Φ* 262 ⟨χώρῳ ἔνι προαλεῖ,⟩ φθάνει ⟨δέ τε καὶ τὸν ἄγοντα⟩

τοῦ . . . φθάνει ἐκτατέον τὸ ᾱ διὰ τὸ μέτρον, ὥσπερ καὶ Ἀρίσταρχος ἠξίου. A. = Lentz II p. 117.

12 *K* 173 ⟨νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ⟩ ξυροῦ ⟨ἵσταται ἀκμῆς⟩

συσταλτέον . . . διὰ τὸ μέτρον τὴν ξυ συλλαβήν. A. Hoc scholion Herodianeum esse censeo collato Lentz I p. 192, 1 sqq.: τὰ εἰς ρος δισύλλαβα παραληγόμενα τῷ ῠ βραχεῖ βαρύνονται, Σύρος κοινὸν ὄνομα πολλῶν ἐθνῶν, Τύρος . . . ., Μύρος . . . . εἰ δὲ ἔχοι ἐκτεταμένον, κύρια μὲν ὄντα βαρύνεται, Κῦρος, Σκῦρος . . ., Σφῦρος, Σῦρος νῆσος Ἰωνική, ὡς Στράβων δεκάτῃ (p. 485), ἣν ὁ ποιητὴς Συρίην καλεῖ ἐν Ὀδυσσείᾳ (ο 403) ἥτις μηκύνει τὴν πρώτην. μὴ οὕτω δέ, ὀξύνεται, πυρός ὁ σῖτος, τυρός, ξυρός.

Ex hoc loco intellegitur Herodiano paroxytona visa esse substantiva in ρος ita exeuntia, ut praecederet vocalis ῠ brevis, properispomena substantiva in ρος ita exeuntia, ut praecederet vocalis ῡ longa, si nomina propria essent, contra oxytona, si appellativa essent. Itaque Herodianus vocalem ῡ in ξυρός longam esse censuit et probabile est eum ad *K* 173 adnotasse vocalis ῡ quantitatem a consuetudine recedere. In Homericis carminibus vocabulum ξυρός praeter hunc locum nusquam legitur; reliqua duo, quorum mentio

1) ῑ ἀντιφάνους cod. A, ἡ τοῦ Ἀριστοφάνους Wolfius, ἡ τῶν ἀντιγράφων Lehrsius.

fit, substantiva πυρός et τυρός apud Homerum longam habent vocalem ῡ.

13ᵃ K 258 ⟨ταυρείην, ἄφαλόν τε καὶ ἄλλοφον, ἥ τε⟩ καταῖτυξ

ἡ καταῖτυξ προπερισπᾶται. πάντα τὰ εἰς υξ συστέλλει τὸ ῠ, τὰ μέντοι διὰ τοῦ κ κλινόμενα ἐνίοτε ἐκτείνει τὸ ῡ ⟨ἐπὶ τῶν ἄλλων πτώσεων, οἷον βόμβῡκος, κήρῡκος·[1])⟩· τὸ γὰρ „κήρυκι Ἠπυτίδῃ" (P 324) συνέσταλται διὰ τὸ μέτρον. A. = Lentz II p. 70.

13ᵇ P 324 κήρυκι ⟨Ἠπυτίδῃ, ὅς οἱ παρὰ πατρὶ γέροντι⟩

διὰ μέτρον συσταλτέον τὸ ρυ. B.V. = Lentz II p. 105.

13ᶜ β 6 ⟨αἶψα δὲ⟩ κηρύκεσσι ⟨λιγυφθόγγοισι κέλευσε⟩ φύσει μακρὸν τὸ ρυ, κῆρυξ δὲ θέσει. S.

14 K 292 ⟨σοὶ δ' αὖ ἐγὼ ῥέξω βοῦν⟩ ἦνιν ⟨εὐρυμέτωπον⟩ Πτολεμαῖος ὁ τοῦ Ὀροάνδου ἀνέγνω ἦνιν ὡς μῆνιν· καὶ τοῦτο ὀφείλει εἶναι τὸ ἀνάλογον. Τυραννίων δὲ ὀξύνει τὴν πρώτην· καὶ δῆλον ὅτι δώσει καὶ τὴν ἐπὶ τέλους ἐκτείνεσθαι· ὀξεῖα γὰρ μετὰ μακρᾶς βραχείας ἐπιφερομένης οὐ πίπτει κατὰ τὸ κοινὸν ἔθος, ὑπεσταλμένων τῶν σεσημειωμένων, λέγω δὲ τοῦ εἶθε αἴθε ναίχι, περὶ ὧν καὶ λόγον δεδώκαμεν. τάχα οὖν καὶ τὸ ηνιν ἐκτείνει ὁ Τυραννίων διὰ τὸ μέτρον, οὐχὶ διὰ τὸ πληθυντικόν „ἤνις ἠκέστας" (Z 94)· καὶ γὰρ πόλῑς λέγουσι καὶ πόλῐν καὶ μάντῑς καὶ μάντῐν. A. = Lentz II p. 71.

15 Λ 35 λευκοί ⟨,ἐν δὲ μέσοισιν ἔην μέλανος κυάνοιο⟩ ὀξυτονητέον, ἵνα ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν κέηται. εἰσὶ δὲ οἳ περισπῶσιν, ἵνα γενικὴ γένηται, ἐπίθετον τοῦ κασσιτέρου, κακῶς· ἔθος γάρ ἐστι παρὰ τῷ ποιητῇ τὴν Θεσσαλικὴν ταύτην καλουμένην γενικὴν εὑρίσκεσθαι, εἰ μὴ μέτρον κωλύοι· εἰ γὰρ κωλύοι, ἡ κοινὴ παραλαμβάνεται. παρεκτέταται τὸ κεφάλαιον Ἡρωδιανῷ. A. = Lentz II p. 72.

16 Λ 441 ⟨ἆ⟩ δείλ', ⟨ἦ μάλα δή σε κιχάνεται αἰπὺς ὄλεθρος⟩

ἐπεὶ μετὰ τὰς προσαγορευτικὰς ἀνάγκη στίζειν, ὡς καὶ ἡ

[1]) Verba ἐπὶ τῶν — κήρῡκος inseruit Lehrsius.

συνήθεια μαρτυρεῖ στίζουσα μετὰ τὴν δευτέραν λέξιν, οὐκ ἔστι δὲ πλήρης ἀλλὰ συνήλειπται, οὕτως δὲ ἡμῶν ἀναγινωσκόντων πεπονθυῖαν τὴν λέξιν βαρβαρισμὸς γίνεται, εἴτε ὀξύνοιμεν εἴτε περισπάσοιμεν (sic), ἀναγκαίως ἐκ πλήρους γράφειν τὴν λέξιν „ἆ δειλέ" δεῖ, ἵνα καὶ ἡ στιγμὴ καὶ ὁ τόνος ἀναλόγως καὶ Ἑλληνικῶς ἔχῃ. οὕτως δὲ καὶ Ἀρίσταρχος ἔγραφεν ἐκ πλήρους, ὡς Δίδυμος μαρτυρεῖ· τὸ μὲν γὰρ μέτρον οὐκ ἂν δόξαι βλάπτεσθαι τοῦ στοιχείου προστεθέντος, ἐπεί, ὅταν δέῃ ὑγιὲς αὐτὸ παριστάναι, πάλιν ἀφαιρεθήσεται, ὡς „βουκόλε ἐπεὶ οὔτε κακῷ" (υ 227), „ἦ οὐ μέμνῃ ὅτε τ' ἐκρέμω" (Ο 18). οὕτως δὲ καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς „ἆ δειλέ, οὐ μὲν σοί γε" (Λ 452). A. = Lentz II p. 76.

Hoc scholion ex Nicanore et Herodiano consutum esse perspexit Ludwichius I p. 331; conf. schol. Ven. A ad *P* 201.

17ᵃ *Π* 41 ⟨αἴ κέ με σοὶ⟩ ἴσκοντες ⟨ἀπόσχωνται πολέμοιο⟩

ὁ Ἀσκαλωνίτης κατὰ ἀφαίρεσίν φησιν εἶναι τοῦ ε̄ τὸ ἴσκοντες· Ἀρίσταρχος δὲ ἐκτεταμένως ἀναγινώσκει, παρὰ τὸ εἴσκω ἐκδεξάμενος. ἀμείνων δὲ ἡ τοῦ Πτολεμαίου ἀνάγνωσις· πρὸ γὰρ τῆς διὰ τοῦ σκω παραγωγῆς σπάνιόν ἐστι δίφθογγον εὑρεθῆναι, ὅτι μὴ τὴν αυ. ταύτῃ οὖν μοι δοκεῖ ἀπὸ τοῦ εἴδω εἶναι ὁ μέλλων εἴσω· καὶ ἅμα τῇ ἐπενθέσει τοῦ κ εἴσκω γεγενῆσθαι κατὰ τὴν διαίρεσιν, ἵνα μὴ δίφθογγος γένηται, καὶ ἀποβολῇ τοῦ ε̄ ἴσκω. οὕτως οὖν καὶ τὸ ἴσκοντες ὀφείλομεν κατὰ ἀποβολὴν τοῦ ε̄ ἀναγινώσκειν· οὐ γὰρ μέτρον κωλύει. A. = Lentz II p. 98.

17ᵇ *Λ* 799 ⟨αἴ κέ σε τῷ⟩ ἴσκοντες ⟨ἀπόσχωνται πολέμοιο⟩

Ἀρίσταρχος ἀξιοῖ διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφειν, ἐπεὶ ἐν ἑτέροις, φησί, τὸ κατὰ διαίρεσιν αὐτοῦ ὁρᾶται, εἴσκω λεγόμενον· „εἴσκω πηγεσιμάλλῳ" (Γ 197). οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀλεξίωνα διὰ τοῦ ῑ μόνου συνεσταλμένου. κἀγὼ δὲ τούτοις συγκατατίθεμαι τὸ μὴ δύνασθαι τὰ τοιαῦτα τῶν ῥημάτων, λέγω δὲ τὰ διὰ τοῦ σκω, ἔχειν πρὸ τέλους δίφθογγον ἐκφωνουμένην, ὅτι μὴ τὴν διὰ τοῦ ῡ, πιφαύσκω. ὁ δὲ λόγος

παραιτεῖται τὴν Αἰολίδα διάλεκτον διὰ τὸ μιμναίσκω καὶ θναίσκω. ὥστε ὅτε λέγει ἐΐσκω κατὰ διαίρεσιν, ὑγιῶς πάνυ ἀποφαίνεται, εἴγε παρὰ τὸ εἴδω ἐξέπιπτε μέλλων ὁ εἴσω, ὃς ὤφειλεν ἐπενθέσει τοῦ κ ποιῆσαι τὸ εἴσκω, ὡς μεθύσω μεθύσκω, δράσω δράσκω. ἀλλ' ἐπεὶ ἀνέφικτον ἦν χωρῆσαι τὴν τοιαύτην δίφθογγον πρὸ τῆς σκω παραγωγῆς, διαιρέσει ἐχρήσατο· ὅπου δὲ οὐ παραδέχεται αὖ τὸ τῆς διαιρέσεως [αὐτὸ ἡ διαίρεσις cod., correxit Lehrs], ἐκεῖ ἐκβάλλει τὸ ε. A. = Lentz II p. 79.

18[a] Ω 1 λῦτο ⟨δ' ἀγών, λαοὶ δὲ θοὰς ἐπὶ νῆας ἕκαστοι⟩

εἰ μὲν μέσος δεύτερος ἀόριστός ἐστιν ἀπὸ τῶν εἰς μι, ὥσπερ ἤδη ἐπίσταται λέγων „νῦν δὲ λύμην τρὶς τόσσα πορών" (Φ 80) καὶ „τῆς δ' ἄρα κλαιούσης λύτο γούνατα" (confusa haec sunt ex υ 92 et Φ 425 aut δ 703 aut ψ 205), ἔκτασις ἐγένετο διὰ τὸ μέτρον· εἰ δὲ παρατατικόν τινες ἐκδέχονται, δύναται κρᾶσις τοῦ ἐλύετο γεγενῆσθαι ὥσπερ ἐπὶ τοῦ ἰχθύες ἰχθῦς, μύες μῦς, ῥύεσθαι ῥῦσθαι „πάντων ἀνθρώπων ῥῦσθαι γενεήν τε τόκον τε" (Ο 141). ἢ ἀπὸ τοῦ λέλυτο λύτο ὡς βέβλητο βλῆτο. A. = Lentz II p. 124.

18[b] Μ 286 εἴλυται ⟨καθύπερθ', ὅτ' ἐπιβρίσῃ Διὸς ὄμβρος⟩ προπερισπῶσιν, ἵνα ἐκ τοῦ εἰλύαται συναλοιφὴ ὑπάρχῃ ἢ τοῦ εἰλύεται· δύναται γὰρ καὶ ἑνικῶς συντάσσεσθαι τὸ ῥῆμα καὶ πληθυντικῶς. οὐκ ἀληθὴς δὲ ἡ τοιαύτη συναλοιφή, εἴγε καὶ τὸ ἐρύεσθαι ῥῦσθαι ἔφη· „πάντων ἀνθρώπων ῥῦσθαι γενεήν τε τόκον τε" (Ο 141), καὶ τὸ „ἄρχετε νῦν νέκυας φορέειν" (χ 437) ἐν τοῖς ἑξῆς ἔφη „ἐκ δὲ νέκυς οἴκων φόρεον" (ω 417). τινὲς δὲ προπαροξύνουσιν ὡς ἀπὸ τοῦ εἴλυμι. A.
Addidisse Herodianum: ὃ καὶ μᾶλλον· δύναται γὰρ ἐκ τοῦ εἴλυται ἐκτετάσθαι collato Π 542 perspexit Lehrs.

18[c] Δ 138 ⟨ἥ οἱ πλεῖστον⟩ ἔρυτο· ⟨διαπρὸ δὲ εἴσατο καὶ τῆς⟩

τὸ . . . ἔρυτο ψιλοῦται καὶ προπαροξύνεται· οὕτως Ἀρίσταρχος, καὶ ἐπείσθη αὐτῷ ἡ παράδοσις. ⟨δύναται δὲ καὶ προπερισπᾶσθαι.⟩ ἔστι γάρ τι ῥῆμα ἐρύω· τούτου ὁ παρατατικὸς παθητικὸς γίνεται εἰρυόμην, τὸ τρίτον εἰρύετο, ὃ ἐν συναλοιφῇ καὶ ἐνδείᾳ τοῦ ι ἐγένετο ἐρῦτο. A. = Lentz II p. 44.

18[d] *Π* 542 ⟨ὅς Λυκίην⟩ εἴρυτο ⟨δίκῃσί τε καὶ σθένεϊ ᾧ⟩

Ἀρίσταρχος τρίτην ἀπὸ τέλους τὴν ὀξεῖαν ποιεῖ, ὑγιῶς πάνυ· ὁ δὲ Τυραννίων προπερισπᾷ, ἐκ τοῦ εἰρύετο φάσκων αὐτὸ συνηλεῖφθαι. δύναται δὲ τὸ εἴρυτο κλιθὲν ἀπὸ τῶν εἰς μι ὁμοίως τῷ ἐζεύγνυτο ἤνυτο „θοῶς δέ οἱ ἤνυτο ἔργον" (ε 243) ἐκτετάσθαι. οὕτως ἀξιοῦμεν καὶ ἐπὶ τοῦ εἴλυτο (*Μ* 286 vel *Π* 640) καὶ εἴρυτο (conf. *Δ* 138). A. = Lentz II p. 102.

18[e] ε 484 ⟨ὅσσον τ' ἠὲ δύω ἠὲ τρεῖς ἄνδρας⟩ ἔρυσθαι προπαροξυτόνως, ἵνα σημαίνῃ παρατατικόν. P. = Lentz II p. 144.

